

Peter Hoeppener


**Torcular DeiHominis, Hoc est: Historia Passionis Redemptoris Et Salvatoris
Nostri Jesu Christi, Carmine Heroico Virgiliano descripta Ac Anno M.DC.XII.
duabus vicibus memoriter in Academia Rostochienis ... recitata, Et a Magnifico ...
Dn Reimaro Seltrecht ...**

Rostochii: Sax, 1614

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730520994>

Druck Freier  Zugang







69-2367

40





LBW 354779
TORCULAR DEI-HOMINIS,

Hoc est:

HISTORIA PASSIONIS RE- DEMPTORIS ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI,

Carmine Heroico Virgiliano descripta.

AC ANNO M. DC. XII.

duabus viciis memoriter in Academiâ ROSTOCHIENSI,
in Auditorio majori recitata.,

ET à

Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo, Clariſſimo,
Consultissimo Viro,

DIL. REIMARO SELTRECHT. Jcto,

Sacri Lateranensis Palatij, aulæq; Cæſareæ, & Imperialis Consistorij
Comit; Iudicij provincialis in Illustrissimo ducatu Pomeraniæ

WOLGASTENSI Directore

Serto Apollineo, quam Lauream vocant, anno eodem Calend.

April, donata, jamq; publici juriū facta.,

Ab Autore

M. PETRO Höppenern Rost. P.L. SS. Theol. Candidato, iudiq;
qui est in patriâ Senatorij Collega ordinario, & ad D. Petri Cantore.

Rostochij, M. SAXO excudebat. T.R. Anno M. DC. XIV.

MAGNIFICO, AMPLISSIMO,
Juris Prudentia clarissimo Judicij gravitate dex-
terimo, Consilij dexteritate gravissimo, Eloquentia dono,
Virtutum laude, Consulatus munere, Nominis fama in augustissimâ
HAMBVRGENSIVM republicâ florentissimo Viro,

Dn. HIERONTMO VOGLERO: &c.
E T

Excellentie eruditione, multiplici doctrina, va-
rioq; usu atq; Virtute clarissimo, spectatissimo Viro, Artis me-
dicæ Doctori experientissimo, ac Illustriss. Celsiss. Principis &
Ducis Megapolitani &c. JOHANNIS ALBERTI,
Domini mei clementissimi, Archiatro Nobilissimo,

Dn. MAURITIO HEINIO, D. &c.

&
Spectata Fidei & Pietatis, laudata Prudentia ani-
mig. integri Candore, ac literarum humaniorum
cognitione commendatissimo viro,

DN. FRIDERICO Burlagen /
adfini meo observandissimo,
civi Rostoch. primario,

Dnn. Patronis & Mæcenatibus meis omni observantia
reverentia devotè colendis,
hoc meum *legorūμαρα*

L. M. Q.

D. I. C. O.

Autor.



1932 VIII 91

DECANUS

Collegij facultatis Philosophicae in Academia Rostochiensi

NICOLAUS VVILLEBRANDUS;
Philos. & I. U. D. ac Professor.

ASSIONEM ac mortem Domini nostri IESU CHRISTI eleganti carmine, ac stylo ut plurimum Virgiliano, graphicè descripsit Vir eruditissimus, M. PETRUS HOPPENERUS, Poëta Cesar, Laur, Scholae trivialis in hac civitate collega & collaborator industriosissimus. Cum vero conveniat nobis tuto vita tempore, & vel maximè hisce diebus, relictis rebus alijs, omnes cogitationes eò dirigere, ut mentes nostræ ad considerationem mirandi consilij divini de Redemtione generis humani, per filium DEI pro nobis passum ac resuscitatum exuscitentur, operæ precium fecerimus; si omnes & singuli historiam passonis avide non legamus tantum, sed etiam audiamus, quippe cum nulla in genere humano exiret historia, cuius lectio utilior, & avidius ab omnibus repeatenda sit, quam hæc ipsa. Impij sunt, qui multa putant ejus similia & à Græcis & à Romanis, etiam à Barbaris patrata. Clariæ mortes, inquit Cicero, pro patria appetitæ non solum gloriose Rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erechtheo, cuius filia cupidè mortem expetiverunt pro vita civium. Codrum predicant, qui se in medios immisit hostes famulari vestie, ne posset agnosciri, si esset ornatus regio; quod oraculum erat datum, si Rex interfectus esset, viætrices Athenas fore. Menechus vero non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolari jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo. Sic Hermodius illis in ore est, & Aristogiton; Vigent Lacedæmonius Leonidas, Thelamus Epaminondas, & alij quam plurimi. Romanorum, quas adducunt historias, enumerare nimis magnum foret. Quoties non modo Ductores, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt? quæ quidem si timerebant, inquit ille, quem dixi, Cicero, non L. Brutus arcens eum redditu Tyrannum, quem ipse expulerat, in prælio concidisset: non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis filius, etiam cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecissent.

cissent. Verum enim verò ista omnia, atq; id genus alia, quæ ex historijs suis
Ethnici, aut etiam ex fabulis opponere nobis solent, ne minima quidem in
parte cum hac historia de passione filij D E I comparari possunt. Barbaras quidē
gentes diversis in terrarum regionibus, per omnes ferme etates, mactare fi-
lios suos consuevisse, etiam in libris Mosaicis proditum est. Indorum præterea
Gymnosophistæ olim hodieq; sub initium senectutis, morbi nempe longi & in-
curabilis, priusquam invalescat, accenso rogo seipso exurunt, quamvis diu
ad huc possent vitam prorogare. Imò & uxores eorum, defunctis maritis in ro-
gos eorum ingenti cum gudio se injiciunt; atq; ita vivas cremari cum ada-
matis cadaveribus gloriosum dicitur. Sic nihil interesse, mors ad nos veniat,
an ad illam nos, Stoici docuerunt. Imò semper hanc nostrā esse dicunt, & ma-
xime, quam nosmet ipsi facimus. Sed ad hanc Ethnicorum insectationem, quid
respondeamus, in proclivi est. Nam qui liberos mactant, partim ex more id fa-
ciunt; partim quia magna quæpiam mala, atq; adversus humanam opem con-
tumacia, non aliter se à civitatibus suis arcere posse existimant. Ex his quidam
inviti suos exhibent, & coacti à potentioribus; alijs compulsi metu hominum;
alijs cupidine gloria & fame: gloriæ in præsens, fame verò apud posteros. E-
quidem emulazione quadam hujus mirandi consilii divini, quo Deus JEHO-
VA pro salute generis humani immolavit filium, facile crediderim, pessimum
illam divinitatis affectatorem dæmonem, similiter à suis cultoribus humanas
victimas etiam priorum filiorum expetiisse atq; exegisse. Horrendum dictu
est, quod de Rege Moab narrat scriptura. Is enim in arctissima urbis, in quam
se incluserat, obsidione, in extremum discrimin adductus arreptum primoge-
nitum filium in conspectu suorum atq; hostium, super ipsis mœnibus obtulit ho-
locaustum: quo scilicet propitiato D E O suo impendens sibi exitium arceret.
Quin etiam non desuere, qui collectis ex antiquitate exemplis, demonstrave-
rint, nullum fuisse apud Ethnicos D E U M , cui non alicubi & ab aliqua gen-
te humanis victimis etiam priorū liberorum sacrificatum sit, uti ex lib. 1.
Mytholog. Natalis Comitis cap. 16. pluribus liquet, quò lectorum studio bre-
vitatis remitto. Sed nihil hæc omnia ad immolationem filij D E I. Non enim
homo tantum, Sed Deus ipse pro universo genere humano passus est & mor-
tuus, idq; libenter, patienter, innocenter, ut liberaret nos contra infernissimum
hostem non à temporali, sed ab æterna morte. Qua de re hisce diebus non sug-
gesta modò in templis; sed in Academijs etiam & scholis pulpitæ sonare debent.

Commen-

Commendanda igitur est M. PETRI HOPPENERI diligentia, & quantum
sieri potest, promovenda, quod historiam istam omnium historiarum amplissi-
mam ac divinissimam elegantiori carmine descriptam nobis exhibere instituit.
Cum verò eam publicè recitare, idq; memoriter, & quia aliquanto longior est,
ut unius hora spacio absolvī non posst, non cras modò, sed etiam proximo die
Saturni, atq; ita duabus vicibus horā IX. praestare decreverit, majorem in mo-
dum peto, ut *Magnificus Dominus Rektor, Reverendi atq; Clarissimi Domini*
Doktores, ac verbi dībini ministri, cum studioſa juventute iſti recitationi utroq;
*tempore frequentiores intereſſe, ſuag; benevolentia M. HOPPENERI studi-
um atq; industriaſ augere non graventur.* PP. sub ſigillo facultatis Philoſo-
phice, 6. April. Anno 1612.



CLARISSIMO, PRÆSTANTISSIMO & humanissimo, ac divinarum humanarumq;
rerum ſcientijs politifimo Viro,

Dn. M. PETRO HOPPENERO, Philo-
theologo & Poëtæ, Deo Muſisq;
chariſſimo, amico meo per-
necessario..

 I quis ab Andino transsumſit vate
vetuſta
Verba umquām vates, & res, ſpecio-
ſiūs ornans
Rebus verba novis, mutansq; profa-
na ſacratis;
Tu poleſ innumeratos inter doctiſſime vates
HOPPENERE, unus id egregio qui carmine præſtas:
Dum CHRISTI historiā truculenta morte peremti,

VIRGILII verbis ac rebus gnaviter aptas,
Tam benè cuncta canens, ut, si remearet in auras
Lucis ab Orcinis per sæcula multa tenebris;
Ipse suum agnoscens vates opus, ederet ore,
Has voces: Ego sum, qui Flaminis incitus œstro
Ætherei, Maro, ad Aenea haec mea carmina prisca
Nuper ad Heros traduxi vincula, CHRISTI,
Ac mortem miseri subitam pro crimine mundi.
Si quis at Auctoris nomen sibi vendicat alter;
Hanc animam ille meo certe de funere sumfit.

Macte hoc eulogio vates! quod & optimus ille
Ad sensu firmare suo SELTRECHTIUS AULAE
Népe PALATINÆ COMES INCLYTUS, haud dubitavit:
Cæsario tibi jure comas, ob carminis hujus
Artem admirandam, decorans Daphneide lauru.
Crede, coronatus spinis, Rex cœlicus, olim
Hanc capitis laurum tibi permutabit in aurum,
Atq; coruscantem gemmis stellisq; coronam.
Perge parodiasq; sacras simul atq; profanas
Conformes citharæ Venusini vatis honori
Cœlicolarum & Amicorum modularē tuorum.
Non minor inde tibi nascetur gloria famæ,
Quam qui Bilbilij lasciva poemata nuper
Protulit in lucem rebus mutata sacratis.

Megavilimæ 4. Decembris. 1613.

M. PETRUS BAMBAMIUS P. C. L. &
Ecclesiastes in illustri ducatu Me-
gapolensi Mega-vilimensis.

Idem

Idem ad eundem.

BRIGISSE t̄ Patronos
Liberales Sabbati
Dedicatione sacri,
Lætor & congratulor.
At cur Paſſionis iſta
Tam polita carmina,
Tamq; ſacra, de Maronis
Hausta puris fontibus,
Tam premis diu tenebris
Obruiſq; pulvere?
An Patronorum tenaces
Extimescīs dexteras?
Crede, Liberalitatem
Qui priorum ſedibus
E ſupernis concitavit
Commodo tuo utilem,
Posterorum & ille, corda
Atq; perarum ſinus
Explicabit, atq; præli
Providebit ſumptibus

1. Decembris, 1613.

Pietate Bea.
titudinem
Metior.

Alind

ALIU D.

E PASSIONE tempus hoc sacrâ CHRISTI
Ilbiq; Mystas ore concionari
Pro more prisco sanxit: & Poëtarum
Cantare Musas barbyzô sacros Hymnos.
Höpfneris ergo cur Thalia, tam dudum
Sonanioris supprimit suæ plectrum
Lingvæ disertum? barbyzq; suspense
Torpere nervos oriô finit mutô?
Cur, quod paratum Virgili modi carmen
Promisit has ad ferias Lycei, ultrò
Venturum in auræ lumini, tenebrosa
Nocte abdit, atq; laudibus suis CHRISTUM,
Nostræ salutis auspicem unicum, fraudat?
Nil polliceri præstat, ore quam vanô
Frustraneam spem concitare credenti.
Quare fac, hæres spiritus Maronei,
Appareant ut verba rebus expressa:
Ne vulgus aiat, te nimis poëtarj.

10. Martij. 1614.

PETRUS BAMBAM.

S Y N

ΣΥΝΘΕΩ.
HISTORIAE
PASSIONIS
DOMINICÆ

Actus Primus.

LLE ego, qui quondam tenui modularis avenā
Carmen, & egressus tadiis, in vita coēgi
But quamvis mæstam decorarent carmina rumbam,
Mæstum opus orbiculis: ac nunc hor rentia nodū
Fura Deumq; cano, cœli qui primus ab oris
In terras fato missus, terrenaq; visit
Climata, multum ille hoc misero jaclatus in orb
Vi noxæ, justi memorem Genitoris ob iram,
Multæ quoq; letho passus, dum ramperet Orcu m,
Inferretq; homines cælo, genus unde polare,
Cælestes nati, cælestis munera vitæ.

CHRISTE, mihi causas memora, quis Numinus Iesu,
Quidve dolens Rector superum tot volvere casus
Unigenam se paere satum, tot adire labores
Impulerit: tantæ, ne animis cœlestibus iræ?

Cum mundi ille opifex, magni regnator Olympi,
Principiò cælum ac terras campaq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ Titaniaq; astra,
Quæ Deus incus alit (nam totam infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscit)

B

Condi-

Con siderat, pecudum inde genus vita sq; volantum,
Et qua marmoreo fert plas mata in æquore pontus:
Tandem sanctum animal mentisq; capacius ales
Mortalem gelido telluris semine fecit,
In propriam effigiem blandâ hunc cum compare fingens,
Qui, quæ condiderat, dominari in cetera posset,
Atq; creatorē memori celebrare honore;
Deniq; & à Satana ac Mortis certamine liber
In cœlum vetus, sedes ubi fata quietas
Ostendunt, ubi fas eterna resurgere homullis
Gaudia, perpetua laurus regeretur honore.
Ecco autem Satanæ, nigri moderator Averni,
Quondam ales de gente poli, verum æthere pulsus
Ob fastum & Stygij Phlegethontis trusus ad ignes,
Hincq; homin um servisq; odii & criminè diro
Infensus gene ri, scelerum fraudisq; magister,
Persuasorq; mali, Stygias accingitur artes,
Prives ne in cautos promissi limine Olympi,
Celestiq; domi 10, & lethæas mergat in undas,
Ac veluti' pleno lupus insidiatus ovili,
Cum fre mit ad caulas ventos percessus & imbres,
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent, ille asper & improbus ira,
Sævit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies & siccæ sangvine fauces:
Häud aliter Satanæ terrena per arva vaganti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.,
Quà tentet ratione aditus, & quà viâ homullos
Excutiat primos cœlo, atq; effundat in illam
Tartarei tristes quæ fert Acherontis ad undas.

Ergo

Ergo suam ponens faciem speciem induit anguis,
Et Paradisi faci nemoris per amana virata
(Horresco referens) immensis orbibus anguis,
Ardentes oculos suffectus sanguine & igni,
Volvitur, ex malo incumbens (mirabilis visu)
Innectitq comas & trunco lubricus errat,
Blandisonis primos eludens subdole homulos,
Atq voluntatem deluso in pectora frangens.

His super accensus Dominus, se vig dolores
Invadunt animum, manet alacra mente reposum
Obsequium Satanae, spretiq injuria verbi,
Morsus & invitus, rapti & factoria honores.
Hinc indignantes magno cum murmure terra
Circum claustra tremunt, orbemq à sedibus in²¹⁰
Vna Orcus Satanaque ruunt, creberque gehenna
Cerberus, & vastos tollunt tellure furores.
Hinc agitur furius Mors, atq ardentis ab
Scintilla absistunt, oculis micat acribus igni.
Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atq irasci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, ventosq lacescit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena
Hinc quicunque lacente ferali monstra barathro
In turmas aciemque ruunt, coneraque misellos
Conjurant homines, erinitæ somibus hydrus
Eumenides quatunt infesto lumine pinus,
Armatosque ad castra vocant crudeliter hostes.
Hinc mala cuncta soli, hinc & inextricabilis error,
Hinc diræ in terris posuere cubilia curæ,
Hinc fædant hominum mortalia corpora ludus,

Terrenosq; habent artus , moribundaq; membra .
Corporeæ hinc pestes oreæ tristisq; senectus ,
Et metus , & malesuada famæ , & turpis egestas .
Terribiles sensu forma , lethumq; laborq; .
Hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudentq; nec unquam
Respirare datur mundi hoc in carcere , homilli .
Huc miseris æternam intentant omnia mortem .
Quis cladem illius lapsus , quis funera fando
Explicit ? aut possit lacrymis æquare dolores ?
Illi dies primus letibi primusq; malorum
Causa fuit , miserè hinc terris mortalia quaæq;
In pejus ruere , & reterò sublapsa referri .

His ut plena malis cellus , enatus Olympos
Despicit in misera tellure his casibus actos .
Ac Patrem irarum iactantem pectore fluctus
Tristior & laetoris oculos suffusus amaris

Alloquitur : Genitor , qui res cœliq; soliq;
Æternis regis imperiis & fulmine terres .
Ah miseri hi homines ! in te committere tantum ,
Ah miseri potueris , quibus tot tormenta passis
Totus ob hanc nōxiam calorum clauditur orbis ?
Certe vinc et alios olim , volventeribus annis ,
Hinc fore , qui superi captarene munera regni ,
Sacra recta poli lata ditione tenerent ,
Pecilicetus : qua te Genitor sententia veritate
Anne eadem fortuna ægros , tot casibus actos .
Vsq; premet ? quem das finem , Pater alme , laborum ?
Signatum unigenam redamas , est aut tibi quicquam
Dulce meum , miserere horum pereuntium , & istam ,
Oro , si quis adhuc precibus locus , exsue menteem .

Has

Has equidem clemente tuâ bonitate ruinas
Consolor, fatis contraria fata rependens.

Olli placatus superi regnator Olympi
Vultu, quo cælum tempestatesq; serenat,
Oscula libavie nati, dehinc talia fatur:

Parco meu, fili, maneat immota tuoram
Fata tibi, cernes cælum promissaq; cæli
Munera, sublimesq; feres ad sidera cæli
Mortales miseris: neq; me sententia vertit.

Nam tu (fabor enim, quando hæc te cura remordet,
Longius & volvens fatorum arcana movebo)
Bellum ingens tellure geres, hostesq; feroceſ
Contundes, misericæſtia limina pandens,
Christicolas illosq; tuo de nomine dices.

Non ego iis vita metas, non tempora ponam;
Gaudia sed sine fine dabo: quin improbi & hostes,
Qui mare nunc terrasq; metu cælumq; fatigant,
Confilia in pejus referent, tristesq; videbunt
Mortales cælum Dominos, gentemq; polarem.

Ergo aderat promissa dies & tempora Phœbus
Debita complerat, cælo cum protinus alto
Filius omnipotens, Patris omnipotentia imago,
Mittit se in terras, ex pura virgine natus,
Exhaurit vastaq; immensa pericula terræ,
Millia nos propter moriendo pericula paſsus,
Qua modò si prima reperens ab origine pergam.
Et vacet annales dirorum audire laborum,
Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Sed nec cuncta meis amplecti versibus opto,
Omnia nec pæna percurrere nomina possum,

B 3

Nec

Nec, mihi si linguae centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox, tantis Salvator casibus actus!
Tantæ molis erat nostram reparare salutem!

Iamq; dies aderat, lethi ut pateretur acerbum
Supplicium Parrig; reconciliare homulos.

Ergò jam agnini celebrare piamina festi
(Iussicerat hoc prisci celestis pagina Mosis)

Imperat, ut comedant epulis pàschalibus agnum;
Conveniunt ergò per limina certa frequentes,

Corpora & in posicis gaudent deponere lectis,
Instituuntq; dapes cœnæ fatalis amicas.

Dant aliqui manibus lymphas, onerantq; canistris

Dona laborata Cereris Bacchumq; ministrante,
Et cereale solum tosto agni viscere adaugent.

Ecce autem insuetos animos atq; ora Magistri,
Verbaq; que socium mentes formidine terrent.

Mirantur cuncti sic os oculosq; loquentes.

Iamdudum, & totum lustrantes lumino corpus
Mirantur tristes vultus, insuetaque verba.

Præcipue infelix pesti devotus inique,
Cui iræ insidiaq; & criminis tristia cordi,

Expleri mente nequit ardescitq; ruendo

Proditor, & sociis pariter C H R I S T O q; moyetur:
Namq; hanc insolito noctem sermone trahebat.

Iamq; dies cœlo concesserat, almaq; curru
Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum,
Cundaq; per terras omnes animalia somno
Lenibant curas, & corda oblita laborum,
Æterni C H R I S T U S pignus sancturus amoris
Apprehendis panem, gratesq; ubi ritè peregit,

Frangit

Frangit eum, & sociis (dictu mirabile !) edendum
Porrigit : hisq illos dictis affatur : Amici
Accipite hunc panem , vobis quem porrigo edendum .
Hocce meum est corpus . Simili ratione Parentis
Cum persolvisset memori de pectore grates ,
Apprehendit manibus vino cratera repletum ,
Huncq icidem sociis (mysteria quanta !) bibendum
Porrigit , hisq illos dictis affatur : Amici
Accipite hoc poculum , vobis quod erado bibendum ,
Hic meus est sanguis , statui quem fundere lyron ,
Horum in , qui in tota vivane tellure , salutem .
Postquam exempta fames & amor compressus edendi ,
Æterni Patris sancta prece numen adorant .
Post transi Cedron pro more , & montis Olivæ
Conscendit clivum , mæsti longo ordine fratres
Succedunt , quos increpidus affatur : Amici ,
Inten:i qua dicam animis adverte vestris
Omnes , & sensus mea dicta reponite in imos :
Omnes me gravicer nocte offendemini in hacce .
Talia nam cecinie diuino ex ore Propheta :
Lebali quatiam pastorem verbere , & ejus
Dispergenter oves , sed cum surrexero in auras ,
Vobis certus ero rura in Galileja ductor .

Ecce autem reliquos Petrus ante animosior omnes ,
Securus fass instantis sortisq futura ,
Esi omnes fuerint , inquit , te , care Magister ,
Offensi (à nobis Iova hanc avertito pestem)
Nunquam ego ; at increpido te pectore C H R I S T E fatebor .
Olli sedato responderet corde Magister :
Opræstans animi Petre , tu quantum ipse feroci

Exsuperas

Exsuperas animo, tantò me impensis aequum es
Consulere, atq; omnes dubios expendero casus.
Namq; tibi eße solet semper largissima fandi
Copia: pone animos, non tantum pectore robur
Concipis, immensus præcordia terror habebit.
Proinde nec eloquio hocce rona, sociosq; timoris
Argue: namq; prius quām nocte hac gutturo Gallus
(Vera tibi dicam, tu condita mente teneto)
Bis dabit aurora signum, ter, Petre, negabis
Me Præceptorem: nec longè scilicet hostes
Quærendi nobis, circum nos undiq; cingunt.

Dixit. At haudquaquam dictis violentia Petri
Flectitur, exsuperat magis agrestitq; medendo.
Ve primum fari potuit, sic turbidus infit:

Præceptor, causas nequicquam noctis inanes,
Nec mea jam mutata loco sententia cedit.
Mene igitur socium dubius adjungere rebus
Christe fugis, solum te in tanta pericula mittam
Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me
Deponas, lethumq; finas pro laude pacisci.
Et nos tela manu ferrumq; haud debile nostra
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.
Est hic, est animus lucis contemtor, & istum,
Qui vitâ benè credat emi, quo tendis, honorem.
Nunquam crede tibi comes ire recuso, Magister,
Te comes usq; sequar, nec me labor iste gravabit,
Vsq; sequar, licet arma mihi mortemq; minentur,
Præceptor, nec me ullius violentia vincet.
Qui te cung manent ullo in certamine casus,
Et me, CHRISTE, manent: simul bæc invisa relinquam
Lumina

Lumina : congrederior vel jam , vi nulla volentem
Averget , nullo tremefient pectora motu .
Quo res cung cadent , unum & commune periculum ,
Una salus ambobus erit . quid vivida virtus .
Posit , age , experiar , fidens fero pectus in hostem .
Nulla mora in Petro : sedeant spectentq; ea fratres :
Solus ego ferro damnum commune refellam .
Iam jam nulla mora est . Sequor , & qua duceris , adsum .
Deniq; stat roties in aperta pericula tecum .
Projicere hanc animam , stat certa occumbere morti .
Dum memor ipse mei , dum spiritus hos reget arcus .
Multæ dies variusq; labor mutabilis a vi
Reculit in melius , multos alterna revisens
Furit , & in solido rursus forsan locavit .
Conclamant reliqui : sequimur quo cunq; jubemur .

Est in conspectu Solympæ notissima fama
Villa , hæc dives opum , Davidis dum regna manebant ,
Nunc tantum locus , & sylvestribus horrida dumis
Tellus , solivagum desertæ remota ferarum .
Latronum foræ ac claro sine nomine terra .
Illuc undenam socium stipante catervâ
Salvator mæsto desixit lumina vultu .
Incedit : certos mæsto secumq; volutat
Eventus animo (villa Gethsemani eidem
Nomen erat , viridisq; hanc circum sepsaserat hortus)
Noverat atq; locum sceleratus proditor illum :
Crebrius huic etenim successerat ante Magister
Cum sociis , ad quos mæstus sic ora resolvit :
Statè , viri , hic , illuc dones vestigia ponam ,
Et Iovæ magni sacrâ prece numen adorem .

C

De-

Deinde Petrum & natos Zebedæi assumit, & occi-
Lamentis gemituq; & terrifico ululatu
Terra fremit, resonat magnis plangoribus aether.

Tandem pauca refert: Proh, quaneus pectora terror,
Quantaq; percussam pertentant tormenta mentem!
Hic stat, o socij, Iovæ sacra numina vocis
Poscite, ne subeat vestras tentatio mentes.

Iamq; ferè ad jactum lapidis progressus ab illis
Substinet, & duplos tendens ad sidera palmas
Multæ Parrem manibus supplex orando supinis

Talia voce refere: Audi mea verba perentis
Sancte Pater, tantasq; à nato avertito pœnas,
Fer nato auxilium, quod per tua numina supplices
Te precor, unigenam diâ vi protege natum,
Eripe me instanti fato, dirisq; periclis
Eripe me, in melius de me tua verce severa
Consilia, in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
Accamen id fieri, quod fert tua corde voluntas.

Sic fatur, mestos effundens pectora questus.
Post ad discipulos retrò vestigia torque,
Qui somno placido positi sub nocte silenei
Lenibant euras & corda oblia dolorum,
Ac mestus Petrum verbis compellat amicis:

Petre animose olim, fessos sopor occupat artus?
Anne unam insomnis potes hinc traducere mecum
Horam? nunc vigilare viri, sacra numina voce
Poscite, & instantes precibus depellite casus.
Spiritus est promptus, verum caro languida torpet.

Talia Silvator de misso lumine fatur,
Progediturq; brevi incessu, tenditq; supinas

Ad

Ad cælum cum voce manus , sic deinde precatur :
Abba pater, si nunc animo sencentia constat,
Sig ita fat a ferunt Genitor , ne transeat à me
Iste calix, prius hunc quām exhausero , dia voluntas
Fiat , lacus ei parebo & iussa facessam.

Post ad discipulos retrò vestigia figit ,
Quos icerum offendit curis somnoq; sepultos.
Nam somno strati tota sub nocte jacebant ,
Consideratq; quies gratissima lumina , cervice
Inflexâ ut toto proflarent pectore somnum.
Post retrò pergens oculosq; ad sidera mæstus
Excollens vocem cum palmus tendit Olympos
Expassis orans numen celeste lacertis :

Omnipotens Genitor, precibus si flecteris ullis ,
Eia meis placidas resera clamoribus aures ,
Exaudiq; preces , & res bonus adspice nati
Vnigenæ , auxilium dans deinde atq; omnia firmans.
Eripi me miserum præsentibus eripe fatis:
Attamen haud m: a , sed tua fiat sacra voluntas.

Talibus orantem dictis cælumq; tuuentem
Audire cunctipores, casus miseratus acerbos
Ac tristem luctam, demicentes Angelum ab arce
Cæli, ut luctanti præstet solamina . C H R I S T O ,
Luctantemq; animam languentesq; erigat artus.
Hic imemor officij I E S U M lenire gementem
Solando incumbit dictisq; aversere curas ,
Talibus atq; illum solatus vocibus infit :

Nate Dei , ipse poli claro me mittit Olympos
Regnator, cælum & terras qui numine torquet,
Atq; jubet tenues solamina ferre per auras.

Quid gemis & tantis cœlum clamoribus imples?
Respice Christicolas surgentes, respice cœtus
Christigenū, quis regna poli, quis cœlica dona
Debentur: quō fata trahunt retrahuntq; sequendum
Nate Dei, superanda omnis fortuna ferendo est,
Quicquid erit. Certis te hominum reparare salutem
Auspiciis manifesta fides: sic fata poli rex
Sortitur, volvitq; vices, is vertitur ordo.
Principiā mors es, quam tu jam rere propinquam
Debellanda prius, furibundi & regia Ditis,
Quām tutā possis mundum componere pace.
Dein propriā virtute potens in lumina vita
Exsurges victi spoliis oneratus Auernī,
Inq; polum subiectus humo sublime recedes.
Hic novus orbis erit, requies hic certa laborum.
Nec tu propterea nō sus horresce futuros,
Fata viam inveniente, aderitq; vocatus fova.
Dixit & in cœlum paribus se sustulit alis,
Ingentiq; fugā secuit sub nubibus arcum,
Mortales visus facto hoc sermone relinquens.
Ecce autem I E S U tum creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit, proruptus corpore toto
Sanguineus sudor largè fluit undiq; & artus
Perfundit, mistaq; crux calcatur arenā.
Post ad discipulos repetens vestigia tendit,
Quos iterum offendit languente sopore gravatos:
Ergo illos placide alloquitur, sic ora resolvens:
Quid juvat hoc, socij, sub casu ducere somnos?
Non qua circumstent vos deinde pericla videris?
Corripite è somno pigra tandem corpora, mecum.

Præci-

Præcipites vigilare, sopor modò tardus abesto.
Ecce dies instant, hominis quis filius hosti
Tradetur, cuncti consurgite, eamus, ad eccl. hic
Proditor, idcirco jam poscite numina mōcum
Iovæ, ne subeat vestrarū tentatio mentes.
Hæc ubi dicta dedit, media inter talia verba
Audit equos, audit strepitus & signa sequentum,
Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror.

Proditor ante volans socios vestigia figit
Prævia, funestum producens agmen in hostem,
Plurima pollicieus vicitricis præmia palmae.
Post hunc armati denso simul agmine cœtus
Lictorum famulūm q; ruunt, omnisq; relictis
Turba fluit portis, atq; turbe effundit apertâ
Perjuro auxilium Iude, quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, juvenumq; senumq;
Prosequitur vocis: latè tam nigra per agros
Horrescit stridus seges ensibus, & quia noctis
Sub media tenebris ducebant agmina rædæ
Lumine fumantes atro, latè æra refulgent
Igne lacesita, & lucem sub nubila jaellant.
Pars & stipieibus duris sudibusq; præstis
Exarmata ruit, telum est, quod cuiq; repertum,
Rimante telum ira facit, furor arma ministrat.

Proditor ut cupidos animis audacibus hostes
Implerat, cuncti sese exhoreantur in arma.
Pars sese objiciunt horri ad divortia nota,
Hinc arq; hinc, omnemq; aditum custodes coronant.
Pars rectâ ad CHRISTUM denso ruit agmine præcepit
Vincula necemq; parans, tum cæco pulvere campus

Miscetur, pulsusq; pedum tremis excita tellis.

Certamim ardor habet cunctos, & gloria palma.

Ergo ruunt, veluti quando certamine campum,

Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus:

Cum spes arrestæ juvenum, exultantiaq; haurit

Corda pavor pulsans: illi instant verbere torto,

Et primi dant lora. volat vi fervidus axis.

Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.

Savit amor noxa, trux atq; insania lethi,

Ira super: magno veluti cum flamma sonore,

Virgea suggeritur costis undantis aheni,

Exultantq; æstu latices, furit intus aquæ vis,

Fumidus atq; altè spumis exuberat amnis,

Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras.

Ille dolos dirumq; nefas in pectoro versans

Exultat, magnog; triumfat dubitor ovatu,

Et gressum celerans hostes antecambulat omnes,

Lacus cepero instans operi, fameq; futura.

At signum dederat socios ne falleret hostes

Nocte sub obscura, his apud illos vocibus usus;

Cui osculum, o socij, dederò, quem querimus, ille est:

Hunc vos absq; morâ rapite, hunc abducite. Voces

Has inter medias, haec inter verba: Magistro,

Improvisus adest falsi simulator amoris.

I E S U S Iudaum postquam longa agmina cernit

Periurumq; ducem, subsistit eisq; repente

Improvisus ait: Quanam vos causa subegit

Has centare vias? quem queritis? Ecce frequentes

Respondere, I E S U M perimus sub nocte silenti,

A Nazareâ qui ducit origine nomen.

Tum sic Salvator: Coram, quem queritis, adsum.

At furiosus Iudas simulacrum, ne quid inausum

Aut intentatum scelerisve dolive manereret,
Strabat acerba fremens, hue ora ferebat & illuc,
Dentibus infrendens, mens illi ardebat amore
Compellare virum, dextram conjungere dextra,
Os ori. I E S U gregis ut vox venit ad aures
Hostici, is anicipiti menem formidine pressus
Obstupuitq; animis, gelidusq; per ima cucurri
Ossa tremor, steteruntq; come & vox fauicibus hæsit,
Atq; omnis fusim se extendit cernuus horo.

Verum Salvator dextram tendebat in mem
Nudato capite, atq; illos clamore vocabat.
Insueta qua causa via? quid ve estis in armis?
Quo ve teneris iter? noctu hic quem queritis? illi
Respondent: I E S U M perimus, quem querimus, ille es.

Subiicit hic IESUS: Ego sum, quem queritis, ille es.
Ergo, si solum me queritis, hosce repente.
Mitite: namq; mihi jus est occubere soli,
Me sinete, & cohibete iras, ego vestra subibo
Vincla lubens. Dixit: Fallaci proditor aree,
Irruit in collum I E S U, amplectuq; doloso
Circumdat, dictisq; interserit oscula fuso
Sublita mendaci, tum tales pectori voles
Depromit: Salve fatus mihi debite Rabbi.

A&E ubi complexu CHRISTI colloq; pependit,
Et magnum ostendit simulati cordis amorem,
Ecce hic CHRISTUS cum verbis compellat amicos:
Quæ tibi caussa via? tibi que facti bujus, amice,
Caussa fuit natumne hominis tu prodis Iuda,
Osculo amicizie, atq; aliud tua subdola promptu
Lingua habet, atq; aliud cœco mens pectori claudit?
Hæc Iuda nostro merces est danda labori?
Nulla apud immorem veteris stat grata factio

Tempus erit magno cum Iuda optaveris emperum
In tactum Dominum, cum argentea dona diemq;
Gderis hunc, vindex à te quia Iova reposceret,
Quas hoc immani meruisti pectore pœnas.
Nam te patratæ quondam mens consciæ culpa
Arguet, inq; tuo vigilabit pectore testis.
Sic hæc fatalis posse exitus orsa probabit.

Dixerat: Adversum Iudas periurus in hostem
Proditor agmen agit, cuneis se quisq; coactis
Agglomerant, C H R I S T U M collectiq; undiq; inermem
Invadunt, & eum hinc proturbant cominus atq; hinc
Impastus ceu plena leo per ovilia turbans
(Suadet enim vesana famæ) manditq; trahitq;
Molle pecus mutamq; metu, fremit ore cruento.
Discipuli scelus & taciti ventura videntes
Horrescunt, trepidus pertentat pectora terror.

At Petro imprimis furiis exardet amaro
Felle dolor, propius dum vis inimica propinquat.
O vos, ô juvenes, inquit, quibus integer ævi
ESE sanguis, quibus et solido stant robore vires,
Eximij forcesq; viri, pugnæq; parati,
Quid dubitasamus adhuc virtutem extendere factis?
Eia agite hac, quæ prima hodie fortuna salutis
Monstrat iter, quaq; ostendit se dextræ, sequamur.
Hic se animus vobis casus conjunget in omnes,
Sic vobis virtusq; animusq; in pectore præsens.
Hæc ego vasta dabo, & late vos limite ducam.
Ecquis erit vestrum, mecum qui primus in hostem?

Nec mora, in adversos conversus fortiter hostes
Latuit, & subito vagina diripit ensem

Fulmi-

Fulmineum auxilium ducto mucrone peticum,
Et ruit in medios hostes, solumq; per omnes
Ense petit Malchum, solo in Malcho ense moratur.
Fortes & usq; instat, donec minitantis in aure
Condidit adversa & feriens aurem abstulit hosti.
Ie crux, ing. humerum dextra auris lapsa recumbit;
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntq; ruuntq;
Verberaq; ingeminant. I E S U S dare damna paratis
Significatq; manu, & placido simul incipit ore:
 Parcite discipuli, vos iram penite fratres.
Quo ruitis; quæve ista repens violentia surgit?
Non hac humanis opibus, non arte magistrâ
Proveniunt: neq; mo lude perjuria produnt.
Major agit Deus, ac major mibi nascitur ordo
Rerum, majus opus moveo, sic alta jubeo vix.
Hos finite. & Petro dictis ita farier insit:

 Quid Petre moliris, qui vi gladio uteris? auremq;
Eripis huic temerè medios elapsus in hostes?
Quorsum tu ista geris levis adversarius arma?
Quò furor iste citus? quò tanta insania ferri?
An nescis cladem majorem existere posse
His è seminibus pugnæ? Quin reprime tandem
Sanguineas à cæde manus, à sangvine Malchi.
Conde ensem subito, nec te remerarius ardor
Præcipitem rapiat, pereasq; hoc impete pugnæ.
Non hoc prædio, non auxiliaribus armis
Tempus eger, subitam ferat hæc audacia cladem.
Quæcumq; est fortuna, mea es; me verius unum
Pro toto fædus luere & decernere mundo.
Atq; omnis ferrum temerè quisumserit, ille.

D

Ipse

Ipse peribit eo. Simul illi plura locutus
Ipse manu ablatam medicâ servo assuit aurem,
Occulæ medicans, omnis de corpore cedit
Quippe dolor, cunctus stat in imo vulnere sanguis.
Ac veluti magno in populo cum sèpè coorta est
Sedicio, sauitq; animis ignobile vulgus
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere silent, arrestisq; auribus astant;
Ille regit dictis animos & pectora mulcet:
Sic PETRI & socium cecidit furor, effera postquam
Pectora castigat I E S U S & temperat iras.

A&C ut conspectu in medio Salvator inermis
Constitit, atq; oculis densa agmina circumspexit,
Quæ truculenta armis, has traxit pectore voces:

Ceu in latronem vester ruit omnis in unum
Ex portis numerus, gladio hic armatus, hic hasta,
Scipio hic gravidinodis, quod cuiq; repertum.
Hactenus haud raro Solymorum liber in ade
Dogmata sacra dodi, nec vestrum vincula quisquam
Capte ipso iniecit (sic nil sine cœlitis orsu);
Verum ubi tempus adest, Patriis quod certa voluntas
Constituit, nulla & datur exsuperare potestas
Consilium, atq; omnes nutu omnipotentis eunt res,
Vobis certa sedet nostra sententia mortis.

Cernunt hæc socij, dubiusq; per ima recurrit
Offa tremor, gelidusq; coit formidine sanguis.
Et celerare fugam latebrosa & fidere nocti
Omnibus est animus. Petrus a&c ubi ab hoste Magistrum
Comprehendi cernit, sua nunc promissa reposci,

Ipse

Ipse quidem ante alios paulatim excedere pugnat
Et latebras petere, & cœcæ se credere nocti,
Ipse manere tamen. Cœus ævum turbæ leonem
Cum telis premit infans: at territus ille
Asper acerba tuens, retrò redit, & neq; terga
Ira dare aut virtus paritur, nec tendere contra
Ille quidem hoc cupiens potis est per tela virosq;
Haud aliter reerò dubius vestigia Petrus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Illi sed postquam nunc densior imminet hosti,
Hic subito afflictus trepidam formidine mentem,
Atq; pedum motu melior, fretusq; juventù,
Ante omnes alios primus perit ipse latebras,
Arripiensq; fugam tutas secedit in oras.
Ac velut ille, prius quām tela inimica sequantur,
Continuò montes sese avius abdit in altos
Occiso pastore lupus magnove juvenco,
Conscius audacis facti, caudamq; remulcens
Subjecit pavitanem utero, syluasq; petivit.
Haud secus ex oculis Petrus se turbidus aufert
Contentusq; fugâ cœcis sese occulit umbris,
Lætitia mistoq; metu, nec jam amplius hosti
Credere, nec telis occurrere militis audet.
Quem primum ut sociūm viderunt turba trementem
Inq; fugam versum, secat antur eum oxyüs omnes,
Atq; ducem timidi currentem passibus aquant,
Quarentes latebras; addit pedibus timor alas.
Ulnus at ex illis emensum iter omne revolvens
Horri fallacis, trepidus vestigia retrò²
Observata legit, tenebrusq; silentibus errat.

D 2

Sindonis

Sindonis hic cultæ velar at corpus amictu.
Hunc hostes prebendunt, sine ueste elapsus at ille
Nudus abieq; horumq; oculis se turbidus auffert.
Tancus amor vita, tanta est huic cura salutis.

Actus Secundus.

Ecce autem vesana cohors ejusq; tribunus
Et grex lictorum, & famulūm manus omnis inermem
Interea CHRISTUM palmas posse terga revinctum
Ad sacerdotum CAIPHAE magno clamore trahebant.
Undiq; visendi studio JUDAEA caterva
Lætitiaq; fremens animosq; ad fidera tollens
Circumfusa ruit, certatq; illudere capio :
Hic juvenem chorus, ille senum, pueri atq; puellæ.
Deinde illum ad Caipham: Princeps erat illius anni
Ille Sacerdotum, dederatq; oracula vates
Præstare ut letho pro gente occumberet unus.
Convenere illuc per limina lœta frequentes
Seva Sacerdotum Summerum turba cohorsq;
Scribarum & populi Seniorum, in utrumq; parati
Et versare dolos, & morti tradere CHRISTUM.
Ergo concilium magnum primosq; Sacerdotum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli convenere, petuntq; palatia plenis
Tacta viis, sedet in mediis & maximus ævo,
Et primus voto, non tristi fronte, morarum
Impatiens Caiphas, atq; hic ad tecta fluentum
Consilium exquirens celsa intra limina dicit.
Accipe Iudæum, infidias & crimine ab uno
Disce omnes. Petrus hostilem comitatur ad usq;

Atria

Atria Pontificis pede non remorante phalangem.
Ecce comes Petro graditur Galileus alter
Discipulorum unus C H R I S T I , benè notus hic ipse
Pontifici . Ergò tulit plaudentia in atria gressus.

Ecce intus dexterā lēvāq ad limina stabant
Armati ferro & crīstis capita alta coruscī
Hastisq adnixi vigiles, sua scuta tenentes,
Quis ancilla aderat sua serpans munia, agensq
Per vigil exccbias Prætori in limine primo,
Nec latum à valuis cedens biparentibus unguem,
Hanc adit ille Petrumq; admittier orat in aulam.
Acceptit cupidum famula. Ecce caterva ministrūm
In mediā prunas fibimel congeßerat aulā,
Quis rigidum gelido pellebat corpore frigus.
Hus se addit socium Petrus: stupet inscius ejus
Horrenes animos & membra trementia cœtus.
Nec mora janitrix, quæ dextero haud numine turbæ
Adstabat vigilum, jam sublustrī ignis in umbrā
Conficit immorem, simul audaci incipit ore :

Quisquis es, heus subito mē edisere vera roganti,
Tune aderās comes huic ? tune hunc venerare Magistrum?
At subito vires Petro fractæ, aq Magistro
Mens aversa suo, trepidog; arsere coruscā
Luminibus flammæ arrectis, salissq per artus
Sudorūt : Quarè promisorum immemor ille
Turbo falso rupit de pectoro voces,
Sic ficto pavitans ancillæ pectore fatus :

Cuncta equidem, mea tu, fuerint quæcunq fatebor
Vera, Petrum, nec si miserum fortuna Simonem
Finxit, vanum etiam mendacemq improba singet :

D 3

Quare

Quare captivi me hujus de gente negabo,
Huic me capi vo comitem obsequioq; propinquum
Nulla dies vidis. Dixit: Vox gurture galli
Edita venturæ prædict signa diei.

Petri verba gregi famulorum falsa videri
Iamdudum, & vario misceri pectora motu.
Conticuere ergo pressaq; in voce resistunt,
Atq; ora in Petrum defixaq; lumina vertunt.
Ut Petrus, paßim qui oculos per cuncta ferebat,
Se signari oculis cernit, pavor horridus artus
Corripit, & nunc sollicitum timor anxius urget.

At Caiphas solio residens austerus in alto
Conventus traxi in medios turbamq; malignam
Acriter & vitam, sociosq;, & dogmata querit,
Ordine cuncto suo. Tunc facta silentia linguis.
At non turbato vinclis obmutuit ore

I E S U S , sed dicto parens, ita farier orsus:
Non pressi ore meo mysteria cœlica; verum
Publica præcepior tenui loca, dogmatibusq;
Personuere meis synagogæ templaq; vestra.
Flaminis attractu simul huc de vota piorum
Iudæum fluxere manus, lucemq; perosus
Nil docui: Quare hoc ex me cur quæris? ab illis;
Qui me audi verunt, potius mea dogmata disces.
Nam circumlatè volitans jam fama per orbem
Illa tulit: quæres hos ergo, hi vera roganti
Exponent, memoresq; ea condita mente tenebunt.

Has inter voces, media inter talia verba
Scabat torva tuens lictorum de grege scurra
Inq; necem C H R I S T I ac scelus exitiale paratus.

Hic

Hic famæ insignis subitâ spe fervidus ardens,
Talibus exardet dictis infontis in iras,
Et colaphum assurgens dexterâ librando reductâ
Immeriti faciem pugno contundit I E S U ,
Plenusq; irarum magno sic incipit oratione:
Siccine Pontifici respondes? I E S U at illi:

Si male respondi, demonstra id: Si benè, cur me
Percutis? at pressa esq; insignis gloria facti.

Ecce ancilla iterum Petro non segnior instat:
Et tu I E S U aderas. Cuncti ergo illum undique cingunt
Querentes: Nonne huic olim comes ire solebas?
Mox alius cepit: Verè hoc es de grege: & ecce
Ab negat (obo nefas!) addens perjuria. C H R I S T U M :
Falleris, haud ego sum de hujus grege, verba nec ejus
Auribus hausta meis, nec vulnus aut ora recordor:
Nunquam fando meas nomen pervenit ad aures.

Post horæ spatium aitq; aliis menitaq; verba
Agnoscens, atq; ora sono discordia signans,
Sic illum affarur: Tu bunc est abar Magistrum:
Nam Galilæus es, ora aliâ discordia voce
Te produnt: alius mox huic accedit, amoris
Fædere qui Malcho & consanguinitate propinquus,
Cui aurem abstulerat Petrus, hic verba aggerat illa:
Nonne ego te his vidi socium huic, falsissime, in horto
Luminibus? Petrus at pavitans audacior instat:

Omnes fallimini: Terram, mare, sidera juro,
Cœlestisq; genus Iovæ, flameng; sacramatum,
Vimq; D E I omniparam, colsq; sacraria Iovæ,
Per, si qua esq;, quæ restat adhuc mortalibus usquam
Intemerata fides, juro, hunc ego lumine nunquam

Affixi,

Asperi, nunquam ve docentis ab ore pependi.
Nunquam: nec Petrum verè vis ulla negantem
Convincer, non, si tellurem effundat in undas
Diluvio miscens, cælumve in tartara solvat.

Talibus in medio ut firmat perjuria dictis
Conspectu famulūm, vocem dat gutture gallus.

Ecce memor I E S U S horum, quæ dixerat, illum
(Namq in Petro omnis fide stat cura Magistri
Respicit, inq illum vulcumq ac ora retorquet.

At Petrus verò hoc aspectu obmutuit amens,
Et subiere animum præfigia vera Magistri:
Patre prius noctis spatio quam gutture gallus
Bis dabit aurore signum, ter Petre negabis
Me Præceptorem: Hinc subitus tremor occupat artus,
Arrectaq horrore comæ, vox faucibus hæree.
Hinc mæstus tristem gemitum dat pectori ab imo,
Et sua cum magno gemitu delicta facetur.
Ardet abire fuga, sceleratam linquere & aulam
Atronitus C H R I S T I præfigio & augmine noxa.
Heu quid agat! quo nanc perjurus adire Magistrum,
Audeat affatu? qua prima exordia sumat?
Sic animum nunc hue celerem nunc dividit illuc,
In partesq rapit varias, perq omnia versat.
Tandem alternanti posterior sententia visa est:
Ut linquat tristi turbatus vulnere mentis
Aeria Pontificis, veniamq exposcat Iovam,
Ergo Pontificum sese effert limine mæstus,
Et multum lachrymas verba inter singula fundit.

APXIE PET autem & Primorum turba, ut & omne
Concilium mendax I E S U de rebus habebant

Consilium

Consilium, atq; dolis instructi ac arte nefanda.

Perfida fingebant falso mendacia corde.

Ut Salvatori falsis odia aspra moverent

Vocibus, insontemq; atroci morte necarent.

Sed nihil, et si aucti numero, reperere, dolosam

Quod veri speciem bene mentiretur, & omnes

Infecit turpis pudor atq; infamia mendax.

Atq; ea diversa penitus dum parte geruntur.

Eco duo falso se sistunt nomine testes.

Illi omnem ante gregem spe capti plurimum inani

Ibant, ingenti se clamore ferentes,

Falsaque fingentes ficto mendacia corde.

Ecce, ajunt, templum Domini, venerabile templum,

Templum ingens Domini, quod multa condidit arte.

Herodes, hominum sed opus, de sedibus imis

Eruam, & aqua solo splendentia culmina ponam,

Ac dum suave rubens roseis aurora quadrigis

Ter medium aethereo cursu trajecerit axem

Mortali absq; manu, quo non præstantius ullum,

Ædificabo aliud, jacta vir voce superbâ.

At furor, ab odium nequicquam se vitt, artes,

Consilia atq; dolis nil profecere, sed ultrò.

Concidere, & turpi signarunt ora pudore.

Ut primum cessit furor, & rabida ora quierunt,

Hic ipsè Aegregius folio se tollit ab alto

(Huc ascenderat, ut cunctos longo ordine posset

Adversos legere, atq; actorum discere causam)

Conventu in medio, tum sic affatur I E S U M :

Nil contra referes? audisne hic qualia testes

Contra te adducunt? I E S U S (mirabile dictu)

E

Conti-

Conticuit tacito obtratu, & presso ore quievit,
Agxiegeus iterum captivo his vocibus instat:

Tune DEignatus, divum qui hominumq; potestas?
Per Iovam obcessor re, & non violabile numen,
Vera mihi dicas, an verus tu ipse Ichovæ
Sis gnatus, CHRISTUM solito quem nomine dicunt?

Excipit huc IESUS: Tu dixti, ego namq; IEHOVAE
Sum gnatus, præsesq; domus stellantis Olympi.
Ante mare & terras &, quod regit omnia, cælum
Me genuit Genitor, rerum dominator & autor.
Ac vos in memoriservate hæc pectore verba:
Tempore posse parvo, quando ultima linearerum
Summa dies veniet, perfecto temporis orbe,
Atq; trahet mundi præsens textura ruinam,
Ad dextram Patris clarâ in virtute sedentem
Cernetis gnatum, quem hominis cognomine dicunt,
Aethera perq; altum venientem in nube serena,
Ac revocantem imis manesq; animasq; sepulchræ,
Dicere jus vivis & vita lumine casis.

Hac ubi dicta dedit verbis testatus apertis,
Ecce Sacerdotum Princeps laniavit amictus,
Atq; has turbato rupit de pectore voces:

Prob quanta ipsius capit blasphemiam entem!
Testibus haud opus est: vestris hausitis, amici,
Auribus ipsi etiam, quas impius ore profano
Eject voces: Quid quæso videtur? At illi
Clamores simul horrendos ad sidera tollunt;
Omnisq; immugit tantis clamoribus aula:

Hic reus est mortis, dignusq; ad carara mitti.
ASC hostes animosa phalanx, custodia CHRISTI

Quæsis

Quis curæ, immitis crudelia scommata fundunt,
Et grave fercus olens impuro ex gutture mittunt
In faciem I E S U , ac pugnis crudeliter ora
Ora caputq; infons lacerant ; ignobile tegmen
Pars rapiunt , illo faciem illius oraq; velant.
Verberaq; ingeminant pugnis , miserabile caso
Insuper insuleant, auresq; hoc scommate replent :

CHRISTE D E I sentis qui vim, longèq; remotos
Concepisti animo casus, arcana locute ,
Et cui scire dedit D E U S , atq; aperire futura ,
Eja age nunc vates aperi præsentia nobis ,
Quis te percussit ? validos ve quis intulit idus ?
Sic amor unus haber cunctos illudere C H R I S T O ;
Sic scelus e F curæ : sic totâ it turbida in aulâ
Tempestas colaphorum, ac pugnorum ingruit imber.

Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primùm alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant,
Conveniunt hostes solitæ in penetratis aulae .
Procedit legio A æ grecow, sequiturq; caterva
Scribarum simul & Seniorum, hostilia plenis
Agnina se fundunt testis, illò agmine magno
Iudeum' celerat variis exercitus armis,
Persuri fratres. Testis biparentibus una
Confidunt, variis instructi pectora technis.
Stat fixum insontem letho demittere I E S U M .

Protinus ad sedes Procerum clamore vocatur .
Concilium horrendum , venientem voce malignâ
Præcipites cuncti invadunt (subiectus furor omnes
Præcipites agit) & tentant his vocibus : Eia,

Tune

E 2

Tune ille es C H R I S T U S , summi Patris una propago,
Semen Thariadæ promissum , aquævus Iovæ ?
Dic age , dic nobis . C H R I S T U S sic ore vici sim
Orsa refert : Quamvis verissima dixero , verbis
Nulla fides , surdo captatis cuncta notatu .
Contrà ego si quæram , vos contrà nulla petenti
Reddetis responsa mibi , neq; liber abibò .
Ex hoc tempore vos Patris in virtute sedentem
Cernetis gnatum , quem nominis cognomine dicunt .
Ergo omnes magno ore sonant , it clamor ad alta .
Atria : Tune ergo es Iovâ Patre nata propago ?
His contra I E S U S : Ipsi testimoni id . Omnes
Ocyus hic rabidi conclamant : Testibus ullis
Quid , fratres , opus est ? audivimus illicet ipsi
Omnes , quanta ejus sedeat blasphemia cordu .

Actus Tertius.

C oncilium ac totum I E S U M , cui vincula palmas
Arcebant teneras , Caiphæ penitentia linquens
Sanguinolenta inter Prætoriæ limina sistunt ,
Insontem ut capitum damnent , ut sanguine pœnas
Innocuus pendat voro damnante Pilati .
Cum Galilæa potens Herodes arva teneret ,
Interea imperium Solymæ Pilatus habebat .
Sistitur huic I E S U S . Vincis & verbere multo
Accipit affectum , rigida intra limina ducens .
Et jam prima nox spargebat lumine terras
Tithoni crocsum linquens aurora cubile .
Proditor ut falso damnatum criminè mortis
Insontem infando indicio sine criminè vidit ,

Nunc

Nunc casum insontis secum indignatus amici
Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum,
Et desperanti similis vocemq; coloremq;
Et crines rigidos & membra horrentia, tandem
Intra nota refert mystarum limina gressum,
Dona Sacerdotum referens argentea serò
Principibus, turbæ & Seniorum, quos & oboris
Affatur lachrymis, tales dans ore querelas :

Hoc erat, hoc olim, si mens non læva fuisse,
De cœlo tactum memini prædicere pectus.
Heu fugio horrescoq; D E U M, me me duce I E S U S
Proditus es insons. His questibus atria repleo
Tota imploranti similis. Contra oxyus omnes :

Hæc quid ludo, ad nos? nihil hæc : tute ipso videbis.
Nulla mora, ante pedes argentea munera iisdem,
Terrena, egregiè precium memorabile facti,
Projicit : & partes animum conversat in omnes
Mortem orans, rædes cœli convexa tueri,
Invisamq; cupit quamprimum abrumpere lucem.
Tandem turbato promit de pectore voces :

Ah nimia es sceleris, nimia es injuria nostri.
Heu que nunc tellus miserum, que me æquora possunt
Accipere & aut quid jam misero mihi deniq; restat?
Cui nego mortales apud es locus, & super ipso
Rex superum infensus penas cum sanguine poscit.
Heu mihi vel tellus optem nunc ima debiscat,
Vindex ve omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi noitemq; profundam.
Vos animam hanc nostram quoconq; absumite letho,
Spargite me in flumis, vastoq; immergite ponto,

Sipereo manibus hominum, periisse juvabit.
Talia deinde refert: Quæ dudum incepit a paravi,
Perficere est animus, finemq; imponere curis.
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, perego,
Et nunc magna mei sub tecta Orci ibit imago.
Felix, heu nimium felix, si perfida nunquam
Hac Iudæorum terigsem limina gressu.
Sed moriamur, ait, sic sic juvat ire sub umbras,
Infernale canens signum, perjuræ lingua
Tartaream intendit vocem, quâ proeinus omne
Contremuit nemus, & reboavit magnus Olympus.
Quales mugitus, fugit cum saucius aras
Taurus, & incertam excussit cervice securim,
Edit. Per mæstumq; effatus plura furorem,
Discindit proprios dexterâ moriturus amictus,
Lucus erat latè dumis a/q ilice nigra
Horrens, quem densi complerant undiq; sentes,
Rara per occulos ducebat semita calles.
Scabat opaca arbor, subjectam dives humumq;
Ramus opacabat, celsa & latissima visu,
Dirarum nidis domus oportuna volucrum.
Hanc altè vestigia oclis, & ritè reperit,
Quos modo disciderat dexterâ moriturus amictus,
Sumpturus tristem scelerato à sanguine pœnam,
Arripiit, informisq; obitus eâ ab arbore nodum
Necit, & intendit proprio feralia collo
Vincla: hæret restis sub gutture lethifer aspræ
Vocis iter tenuemq; includens funere vitam,
Olli dura quies oculos & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem,

Ocyüs,

Ocyus, horrendum dictu, disruptur omnis,
Inq indignantes effundie viscera terras.
Est locus in terræ medio sub montibus altis,
Horridus & fama cunctis memoratus in oris,
Tartarei valles: densis hunc ignibus acrum
Urget utring latus, medio spacioq nefandum
Dat sulphur sonitum, atq exhalat fauce Mephitis.
Hic specus horrendum & savi spiracula Ditis
Monstrantur, rupioq ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces, quid condita Erinnys,
Invisum numen, terram cœlumq levabat.
Horrendum hic penitus subitâ vi terra debiscens
Infernâs referat sedes, & regnare recludit
Pallida Iovæ invisa, paterq immane barathrum.
Hoc umbras Pluto simulacraq luce carenum
Æternum exercet, pænisq sub omnibus urget.
Matres atq viros, defunctaq corpora vitâ
Magnaminum heroum, pueros tenerasq puellas:
Quos ardens sulphur, pix, ignis, flagra, catene
Torquent, & novies styx interfusa coercet.

Eccs hoc caligans stygiâ caligine regnum
Per pice torrentes aerâq voragine ripas
Ille subit, Satanamq adiens cœtusq tremendos,
Nesciaq humanis precibus mansuisci monstra.
At quæ olim foliis & vimine late, & ameno
Floreat fætu, nunc desicit arbor, & omnis
Cedit honos, nullo frondescit virga decor.

Procinus infelix vulgaritur fama per urbem,
Horrescunt animi, turbatâ ir mince catervâ
Iudeum, aiconiti fatu iudeq; ruina.

Propulit

Propulit hunc porrò cœcis clamoribus aura
Commixtum clamorem, arrestasq; impulit aures
Aꝝχieꝝw̄ sonus urb̄is, & illætabile murmur.

Quam cladem famæ postquam accepere relatu
Aꝝχieꝝw̄ sacris præfeti, infame lucellum
Et precium crudele negant adjungere sacris
Templi opibus, diosq; horrent temerare profano
Aere locos, justum quod prodidit ante eruorem.

Talibus ergo instant dictis: Aeraria sacra
Munera non capiunt argentea, sanguinis illa
Sunt precium, as sceleris. Tandem sententia cordi
Illa sedet, certum nummis præsentibus agrum,
Quo peregrinorum condantur corpora letho
Extincta, à figulo redimant. Iudæa caterva

Prætori renunt sceleratum insistere limen,
Ne se commaculent (gens religiosa!) profano
Limino Prætori, sed dignè vescier agno
Paschali possent: Portis bipartitionibus ergo
Adstant oppositi. Pilatus ut agmina vidit,
Ecce stupet visu subito, inscius atq; requirit
Concursus causam, & quæ sint illa agmina porrò,
Quive viri tanto complerint agmine portas,
Atq; hac oppositis placido prior edidit ore:

Dicite Iudæi, quid vos his admoveret oris?
Quid petitis? quæ causa omnes succedere nostri
Vestibulo iussit Prætori? o insolita quæ
Causa via? me hujus captivi facta docet.
Vix ea fatus erat rabidi cum talia reddunt:

Consilio has omnes animisq; volentibus oras
Afferimus, mittit tua nos ad limina sacra

Relligio,

Rellgio, cuius nostræ est cura unica genit.
Huic mortem dignam merito lethig rogamus
Supplicium, pœnam expectat, ne quære doceri:
Nam si crudeli non esset funere dignus,
Nequaquam tua nos traheremus ad atria vindictum.
Hinc virum affancur, post facta silentia linguis.
Acceptit voces Prasul sic ora resolvens:

Vos ipsi ergo illum, si justam audacibus iram
Promeruit cœptis, si culpa huic peccatori adharet
Digna necesse, infamem vestris ut legibus æquum
Pledite, promeritasque ex digno sumite pœnas.

Act illi: Haud nobis licet ullum tradere letho.
Hæc fati tacuere intentiæ ora tenebant.

Inde Sacerdotum longâ cum veste cobortes
Et juncta his populi Primorum turba querelas
Incipiunt: Scimus nostram hunc evertiere gentem
Finibus in nostris dum Hebreus transfuga vixit,
Cæsari & huic populo ne vestigia solvat
Interdicere, se gentis Regem esse Iacobi.
O immane nefas! scelerata o morte piandum!

Ergo Pilatus Prætorum ad teatrum regrescus
Salvatorem orsus sic clara voce rogavit:
Tu ne heus Isacio es rector de Patre factorum?
Quæ contra breviter fatur Salvator. Age illa.
Ex te Præful habes? aliorum annorū a relatu?
Contra Romulides trux hæc responsaremittit:

Num Iudeus ego? Gens te tua Pontificesque
Adduxere mihi: dic quam nam pectore culpam,
Aut quod corde nefas versasti? Orditur Iesus:
Non sunt de mundo nostri regalia sceptri,

F

Si de

Si de mundo eſſent, miſcerent prælia noſtri
Discipuli, veſtris vincit⁹ ne allaberer oris.
Sed valeat mundus, noſtri regalia ſceptri:
Non ſunt de mundo. Pilatus at ocyus illi:

Ergone tu I E S U Rex es? Salvator at inquiet:
Vera refers, Præſes, quia Rex ſum, lumina vita
Attigi, & ingressus ſum mundi limina, testis
Vero ut sim, verum cui cura, haud ille negabit
Dicta ferox placidas, qua pando, mittere in aures.

Pontius hic: Quanto verum veneraris honore?
Scilicet is ſuperis labor eſto, ea cura quietos
Solliciter. Dixit, retulitq; ad limina grefum,
Hisq; eſt oppositos affatus vocibus hostes:
Nulli hic ſuccubuit culpe, cui vincula capio
Tendit⁹ Ebræi: quare pœnam dabit inſons?

Hostica ſed I E S U M contra longo ordine multa
Fert⁹ refert⁹ phalanx, ſed nullus ille moveatur
Verbis, aut voces ullas tractabilis audit.
Ac veluti annosam valido cum robore querum,
Alpini Boreæ nunc hinc nunc ſlatibus illinc
Eruere inter ſe certant: it ſtridor & altè
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes,
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit:
Haud ſecus aſſiduus hinc atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perſentit pectore curas,
Mens immota manet, voces jaſtantur inaneſ.

Ergo ubi Iudæūm longo fert turba querelaſ
Ordine, quiſ contra nil reſpondebat I E S U S,
Feruidus hoc tandem ſermone ſilencia rumpit;

Ecce

Ecce palam fari quæ contra te acriter audens
Iudæi, neq; te purgas, neq; dicta refellis?
Sis fortis mæsumq; animo seclude pavorem,
Ne sponte ingratis offer te irrisse periclis:
Neu vanos tibi finge metus, formidine falsa,
Nec capere; ast omnem rem primâ ab origine pande,
Judice meq; aude certam sperare salutem.
Tolle loquor fore, qui mentem illam condidit autor,
Conscia qua lingua est, insontem nemo necabit,
Nec sinet insidias tibi quemquam hæc ponere dextra.
Danna viri pœnamq; luant, quis pœna luenda.
Quare age responde, quare mihi vera viciſſim
Ore refer. I E S U S insons nil tendere contra.

Miratur Præses, premis alium corde dolorem
Insontis facie & Iudæum horrore querelæ.
Nil faciunt speciem hanc furiatâ mente caterva.
Hostica; at opprobrij atrocis pleniq; minarum
Insanas sævis accunt clamoribus iras:
Hærent vestibulo Prætori, & limina in ipsa
Niuncur gradibus, vesano & pectori mul: a.
Crimina conveilunt, C H R I S T U M quis (omnia cernunt
Quæ fuerant commenzi eſſe irrita) tradere morti
Audent: Ille potens nova seditione Israëlis
Transtulit in gentem Galilææ à finibus oris
Fusa, ea traducens Iudæam suscitat omnes
Iudææq; urbes armisq; & lege potentes.

Quamprimum audiret Galilææ nomina Præses,
An ne eſſet querit Galilæis editus oris?
Idq; ut Pilato denuntiat, ecce repento
Paulatim cura emotæ, pulsusq; parumper
Tristi corde dolor, recreat ſpes plurima pectus.

Namq; illum Herodi statuit transmittere, postquam
Herodes Solymorum erat illo tempore in urbe.
Nuncia fama ruit longè latèq; per urbem
Mirendum Herodi I E S U M , quæ nuncia regi
Certatim deferre parant. Ergo oxyüs omnis
Ad regem properat multo certamine turba,
Ad regem properat. Primus clamore secundo
Evolat Angelus, hunc cursim sequitur Philocænus,
Hunc Epichærecacus, multo bune clamore Boëtes,
Hunc cius Ocypodes. Lalus hunc, post hunc Lalagetes.
Omnia quis referat properantum nomina? dicta
Mirandum, cursu propero tremit excita tellus.
Hand securus ac venti cum vertice montis ab alto
Volvuntur, cursu rapido dat flatibus ingens
Silva locum, & magno cedunt virgulta fragore.
Herodes quando properas ex a de catervas
Prospicit, hic sonitumq; pedum vocemq; tremiscit.
Ignarus portet quid tanto turba tumultu.
Illi at certatim recto intromittier orant.
Rex jubet excipere, & cursus exquirere causam.
Vix intromissi, clamosus voce Boëtes
Exclamat, sequitur clamosum hunc ordine nullo
Catera turba, sonant clamoribus atria anhelis,
Turbida dum similes resani murmura miscent.
Nunc clamant, iterum nunc cessant, spiritus illis.
Vix trahitur: I E S U S Herodis ad atria, clamant,
Mittitur, ite cito, properat, videbitis illum
Huc rapier, properate viri, citò cedite rectis.
Herodes primum famâ hac terretur (at illum
Gaudia terrorē faciebant) deinde repente

Ad

Ad se se redie, & repetunt loca sueta colores.

Et subito plausus edit fremitusq; secundos,

Exultans animis, spe longum falsus inani

Cernendi hunc. Crebro nam venerat ejus ad aures

De CHRISTO rumor. Clamoribus atria tantis

Uit complenti, regiq; alto gratantur ovavi,

Ecce ibat iussu parens, & ferrea corpus

Vincula portabat, sed stup: a vincula palme.

Sexcentorum illi famulūm, quibus ordine longo

Cura illum trahere, & magna voce edere plausus,

Circumfusa cohors gaudens incedit ovanti

Gressu, præterea famulorum immixta cohorti

Turba effusa ruit, properant densi agmine longo

Matres atq; viri, pueri innuptaq; puellæ:

Hie juvenum chorus, ille senum, mirabile visu,

Præcipites, nulloq; viam sermone levantes.

Quām multa in sylvis autumni frigore primo

Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto

Quām multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus

Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Quantus ab occatu veniens pluvialibus hædis

Verberat imber humum: quām multa grandine,

nimbi

In vada præcipitant, cum Iuppiter horridus austris

Torquet aquosam hyemem, & cœlo cava nubi-

la rumpit.

Consonat urbs strepitu, strepitu omnis & infonat æther.

His immixta ruine gens sacra oblita decori,

Infonent culpâ quæ onerent, & crimina fingant;

Hospita recta petens, regisq; in limine pendens.

CHRISTUS ubi limen cangit rectoq; propinquat,
Gred famulū turbam, quā per spacia ampla ruebat
Procurbat, laxaq; fores, simul accipit aulā
Transmisum, subito Regisq; ad limina dicit.

Cum venit aula se jam Rex, ecc., superbis
Aureā composuit spondā, mediumq; locavit.

Nec mora, transmisum gaudens hominemq; Deumq;
(Accipiat quantum recto Dominum inscius ille.)

Accipit, accepit plaudenti sstis in aulā.

Fit strepitus ecclis, plausus per recta volutante
Hospita, latificā sanuerunt omnia voce.

Ergo pascebatur proceres quos aula tyranni
Accitu regis per limina latā frequentes
Conveniunt, jussi stratis se ponere pictis:
Undiq; eos circum famulorum turba ruebat.

Herodes ardet securi & quarere mulea,
Multas super vincis rogitans, super agmine multas,
Nunc tot migrasset pauper cur ille per oras,
Nunc quales ejus socii, nunc dogmata quānam,
Immō, ait à prima dic vincit us origine nobis
Quis modus exacte vitai, ortusq; parentum,
Erroresq; tuos: nam te Iudaica toller
Omnibus errantem placitis & legibus etas.

Conciecit hīc omnis responsō intenta futuro
Turba, atq; obetu tacito miracula sperat.

At stetit ipse racens. Ut vocem haud reddit IESUS,
Ocyūs hic commoti animi, commotus & omnis
Imperus, & saevi miscent ludibria linguis,
Et jam deluso circum hæret corpore vestis

Candida,

Candida, & exceptus famulūm plaudente cohorte
Præsidis inde iterum trahitur rigidum ante tribunal.

Turbidus ante irā vastāq voragine gurges
Flumina ruetabat turbarum plena Pilatum
Herode inq; inter: IESUS has sustulit iras,
Quamprimum Herodi eſc Romano à Præside missus.
Sic iram innocuus tempestatesq furorum
Exortas inter crudelia corda ferent.

Præses ac adversum stipata per agmina IESUM
Ad sua Prætori retrahi dum limina cernit.
Hic super adventu CHRISTI rechnisq cohortis
Iudæe ardente curæq iraq coquebant.
Hei quid agat? vario nequidquam fluctuat astu,
Diversæq vocant animum in contraria curæ.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lamen abenit
Sole repercussum aut radiantis imagine Luna.
Omnia per volat latè loca, jamq sub auræ
Erigitur, summiq ferit laquearia tecti:
Sic Præses magno curarum fluctuat astu,
Atq animum nunc huc celerem nunc dividit illuc,
In partesq rapit varias perq omnia versat.
Tandem iræ effurgunt, populi furiosq subactus
Incessit graviter cunctos, & criminis IESUM
Liberat, irarumq omnes effundit habenas.
Nam quassans cepit has trahit imo ex pectoro voces:

Perfida gens tandem nunc me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem.
Perfida gens omni semper concordia justo,
Contemerixq DEUM, cuius temerarius aures
Has opplet feror, cæcæq superbia mentis.

Quid furis in miserum? tua si sitane crimina tandem
Fessa jacent odii, aut exsaturata quiesces?
Quin etiam ex aulâ hac transmissum ad limina regis
Aussequi insontem culpâq; onerare nefanda.
Crudeles populi, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, tantas suadetq; laceſſere turbas?
Quem tandem capiet, quem vestra rebellio finem?
Tandemne absumpcæ vires fraudisq; doliq?
Quid fraudes technaq; tibi mentitaq; culpa
Profuit? integræ vita hic clarescit honore,
Omnis culpæ expers sævoq; à crimine purus.
Namq; nec Herodes insontis crimina I E S U
Repperit, exitio cuius certamine tanto
Inclibis, cuius lethi tibi tanta cupido
Eſſ. Neq; enim probitas neq; vitæ puriter actæ
Iudæumq; minis & duro mota tumultu
Gloria delituit, sed clarâ luce refluit.
Ergo hujus, restor cælestia numina Olympi,
Optima vita viger, fætig injuria vestri
Perpetuo vestrum fædabit criminis nomen.
Nam tu sacra Deûm gens nil rellinquis inausum,
Quod potes interea, quæ temet in omnia vertis,
Vincere at à vero: nec, si tua crimina non sunt
Magna satis, dubites certè raptare quod usquam eſſ.
Quod mens justa Deûm in te plector & emula virtus.
Vix ea Pilatus: Turbata per ora cœurrie
Iudæorum anceps fremitus, ceu saxa morantur,
Cum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus undis,
Postquam nec placati animi aut rabida ora quierunt,

Prefatus

Praefatus Divos solio sic insit ab alto :
Sæc superq; omni certatum est corpore turbæ,
Nunc adeò quæ sit nostra sententia menti
Expediam, & paucis (animos adhibere) docebas
Rex divum atq; hominum vis nostra incepit secundet,
Propositumq; beat, dabitur Iudæe, quod optas;
Namq; hunc, insontem quamvis, crudele mansit
Supplicium, toro flagrorum verbere casus
Innocuo immeritam dum pendet sanguine pœnam.
Inde alios fines aliamq; capessere gentem
Mandabo, debetq; solo decedere nostro.

Ecce autem medium cœli nox humida metam
Contigerat : placidâ laxabat membra quiete
Languida Pilati per mollia strata marita,
Cum levis æthereis delapsus somnus ab astris
Aligeriformâ juvenis, qui missus Olympos,
Aera demovit tenebrosum, & dispulit umbras,
Tecta Pilate patens tua, diaq; somnia portans
De Iesu uxori : Quare confedit in ejus
Mærenti similis lecto, ramumq; madentem
Rore soporifer o super utraq; tempora quaßans
Illijs dedit has mærens ex ore loquelas :

Iudæum gravis in & inexsaturabile pectus
Cogunt me dilecta tuas descendere in ædes,
Quos nec jesus amor, pieras nec mitigat ulla,
Non propriâ de gente ortum vexasse nefando
Iesum odio, insontem probrum traxisse per omne.
Sufficit, insidias vita quin insuper ejus
Intendant, unde & perjuris testibus are
Conductis falso damnatum criminis mortis

G

Nil

Nil meritum cupiunt. Tunc his patiere marieum
Involui turbis ignarum. Et plura locutus
Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.
Olli somnum ingens rupit pavor, oſaq; & artus
Perfundit toto prorupens corpore sudor:
Langueſcensq; gravi paulatim fauia cura
Vulnus alit venis & cæco carpitur igni.
Multa animo virtus I E S U multusq; recursus
Eius honos, penitusq; infixi pectore vulnus
Verbaq; sunt ſomni: I E S U M ergo cogitat unum;
Uritic amor I E S U , mentitaq; noxia I E S U ,
Sævit & ira ſuper, nec linquitur hora quieti.
Ergo iter ad proprium parat experrecta maritum
Per famulum, qui tanta illi citò ſomnia portet.
Inſtruit hunc dicitis & ſic orſa orare ſolvit:

Quem captum pedicis vinxerū cariſime, nullas
Crimina commisit, non illius excidit unquam
Ore nefas: Ergo inſonti ne ſanguine meneem
Pollue. Namq; ubi nox terras obscura teneret,
Ecce mihi ſubitō ſupra caput aſtitit ales,
Plurima de I E S U ſuſpensa inſomnia pandens,
Quæ quoties operit terras migranribus alis
Humida nocte, quoties rutilanti aſtra ignea cœlo
Surgunt, in ſomnis mentem percellit imago.
Credo equidem (nec vana fides) genus eſe Deorum,
Cœleſtis animos ſermo arguit. Heu quibus ille
Squalebat lachrymis! heu quæ ventura canebat!
Nec ſopor illud erat; ſed coram agnoscere vulnus,
Velat asq; comas, praefentiaq; ora videbar.
Imò hic interpres diuīm, qui miſſus Olympo

(Teſtor

(Testor utrumq; caput) celeres mandata per auras
Detulit in somnis : quamvis haud limina vidi
Intrancem thalami, vocem tamen auribus hausi.
Nec tibi homo generix, sed truncus & robore duro
Natus es, aut duris genuit te caueibus horrens
Caucasus, Hycanæq; admôrunt ubera eugres,
Ni dextram virtus dabis ac miserabere I E S U M.
Quod te per superos & conscientia numina veri,
Per, si quia es pietas calo, quæ talia curet,
Obrestor, miserere hominis, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna forentis.
Insontem hunc plesti nec maximus ille Deorum
Rex hominumq; parens oculis in te aspicit aquis.
Spero equidem hausturum, si quid pia numina possunt,
Supplicium diræ te gredere terrime gentis,
Et, si frigida mors anima seducere artus,
Omnium umbra locis aderit, dabis improbe penas.
Ius medium dictis sermonem abrumpit, & illis

Instructum emitit Pratorum ad limina servum.

At super his dictis populi rabieq; Pilatus
Sollicitus curas cum tristi corde volutat ;
Et populi quamvis astus lenire furentes
Mulcendo cupit, & dictis placare furorem,
Promptus ut uxorius pia iusta sequatur, I E S U M q;
Insontem eripiat letho, nec sanguine dextram
Polluat insontis, tamen invitum agmina cogunt.

Namq; ubi nil animis ausisq; immanibus actum est
Insontis contra victoria nomina I E S U ,
Vindice tutæ D E O , postquam retrò omnia ferri
Accisasq; ad vertit opes gens perfida, C H R I S T I

Quam furor in vidiâ stimulisq; agitabat amaris,
Ilicet immanni furit implacabilis irâ,
Crudellemq; animum diras reflectit ad artes,
Fallacesq; dolos, & quem non jure valebat
Exirpare virum, crudeli tollere vecors
Vi parat. Hinc versa ad plebem, qua plurima circum
Limen fusa aderat, repletâ huic vocibus aures,
Immites animas ad cadem insonis acerbans.
Atq; unus lingua melior, sed frigida justo
Pectora, consiliis habitus non futilis autor,
Sedirione potens (decus huic e diserta superbum
Lingua dabit) surgit dictisq; his aggerat iras:
Rem nulli obscuram nostrâ nec vocis egentem
Portamus socij, qua sit fortuna videtis
Ausis: res nostras vietas & cœpta fatemur.
Namq; ad supplicium lethi per criminâ facta
Spes vanas nobis confinximus hactenus, unde
Exiguæ vires: Hinc Præsidis ægra voluntas,
Hinc premie Herodes: rebus succurrere fessis.
Nam nibil obniti contra, nec tendere quidquam
Sufficimus. Superat quoniam fortuna, sequamur,
Quodq; vocat vertamus iter: vos tollite mentes
Et vigilate viri, firmis nunc viribus usus,
Nunc animis ravidis, omni nunc arte magistrâ.
Porrò ergo, ô populi Seniores, tuq; juventus
Flos veterum virtusq; virûm, quos justus in hostem
Fert dolor, & meritas quæs religio asperat iras,
Porrò quâ prima hâc nobis fortuna salutis
Monstrat iter, quâq; ostendit se techna sequamur.
Præcipitate moras, latronis criminâ verbis

Exte.

Extenuate, decus scelus an quis in hoste requirat?
Poscite latronem, IESUM, quem numina poscunt,
Perdire, & unanimi sub tartara mittite voce.

Talibus orabat dictis, populusque fremebat
Assensu unanimi: Rauco simul ergo tumultu
Conjurant omnes, simul uno eadem ore frementes,
Sumentesque animos. Ergo ut vis morbida serpit,
Augminibus tacitis vulgi illætabile murmur,
Ut IESUM collat. Sic quæ ludæ timorbas
Unius in IESU exitium conversa tulisti.

Famq; dies infanda aderat, quâ vincula levari
Captivorum uni Iudæum jura jubebant.
Ergo hoc in motu medio, hoc flagrante tumultu,
Pontius his omnes verbis compellat amicis:

In veterata animis sedet hæc sententia vestris,
Ut festis solvam scelerosum ex more diebus,
Et cupitus veteri rem consuerudine duci.
Hic Barabas latro est, quem vinculum & carcere clausum,
Servamus merito: namq; hic crudeliter ausus
Criminibus saevire novis, hic seditiones
Spargere & in vulgus voces, & tollere ferro
Immeritum. O magnum, o crudeli morte piandum
Arificis scelus hoc! Quem me demittere letho
Ergo horum vultis, Barabam regemve Ichudæ?
Namq; probè invidiâ Procerum plebisq; Senatus
Novera injetum vincis, & carcere sepeum.
Exoritur citus auditu lachrymabile clamor:

Hunc tolle, hunc perde, hunc crudeli excindito morte
Funditus; at meritis latronem exolvito vincis:
Eripe latronem letho, rape, perde cruentâ

G 3

Hunc

Hunc nec... Sed contra Pilatus sedulus omnes
Perpendens aditus, stabat sermone paratus,
Huc iterans iteransq; iterumq; iterumq; loquelas:
Quid I E S U faciam, quem vos cognomine C H R I S T U M
Dicitis? Ecce autem vario certamine clamor

Horridus exortur: Tolle hunc, suffigito ligno
Ferali crucis hunc, hic fuso sanguine pœnas
Pendat, morte cadat. Pilatus at impiger instat

Vociferans: Quænam digna ergo criminalethi
Suppicio hic fecit? nam tanto criminis letho
Digna haud invenio: flagrorum verbere cæsum
Ergo illum mittam. Verum non segnius omnes
Hic urgent justi immemores, cæcoq; furore
Præcipites clamant, neq; eis nunc amplius ullus
Apparet candor, circum undiq; & undiq; clamor;
Ut simul hoc tanto tota horreat aula tumultu:

Tolle hunc, suspende hunc de infamis stipite ligni,
Eripe suffixo huic indignam stipite vitam.

Multa quidem contra variis sententia dictis
Pro C H R I S T O; at rabidus tandem populi astus obumbrat.

Ergo militibus I E S U M dat, & ocyus omnes
Imperio læti parent, ac iussa facebunt.
Ocyus ex humeris tunicam, quam sedula mater
Texuerat, nato & monumentum ac pignus amoris
Eesse sui dederat, rapiunt conamine mulo.

Scabat pila alio suspectu, & pondere vasto,
Oppotuna flagris, excutum viribus hostes
Hauc C H R I S T U M accingunt, & ferrea vincula collo
Intendunt, circum crudelis turba ministrum
Carnificumq; chori, latum pœna canentes,

Certaim

Certatimq; manu ferrum contingere gaudene.
Ergò hanc adductis pilam complectitur ulnis.
Ocyūs hic miseranda seges, (miserabile dictu)
Flagrorum ingruit: hac contortis aspera nodis,
Et gravido ineexto plumbo ferroq; rigebant.
Multas flagris insons in tergum vulnera jactant,
Multas cavo lateri ingeminant, & pectore quasso
Dant sonitus vastos, aures & tempora circum
Errat crebra manus, colaphosq; illidere gestit.
Namq; alium super aq; alium fugitq; rotatq;
Ingenti gyro grex asper & improbus ira.
Hinc exaudiri gemitus, hinc serva sonari
Verbera, tum stridor ferri tractaeq; catena,
Sanguineq; effuso crudelia flagra rubet,
Atria Praetori jactisq; sonare flagellum.)

At Salvatori non vulcus, non color unus,
Non comæ mansere comæ; sed pectus anhelum,
Effractæq; omnes languenii in corpore vires.
Ergò nec fessis pedibus consistere tandem,
Virere nec potis est, inflectis undiq; virgis
Sic premitur, gemit assiduo sic tempora circum
Impulsu caput, ac non sufficit amplius æger
Ictibus, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit, fessos quatit æger anhelitus artus.
Nunc veteri trabæ tremulos circumdatur artus,
Sordidus exq; humeris nodo dependet amictus
Coccineæ chlamydis: jam nunc diadema corona
Spinosa capiti imponunt: hinc flumine largo
Barba horret, multo concrescunt sanguine crines:
Nunc calatum dextræ tradunt: nunc poplite flexo

Iudæum

Iudæum regem magno clamore salutant:
Salve Iudæum Rector, decus addice Divis:
Pectora nunc pugnūs fœdant, nunc unguibus ora:
Nunc oolidum ructant graveolenti gurgure rancorem,
Ex-q-creant I E S U in faciem, calamoq; prebenso
Rectorom feriunt Iudæum, poplitibusq;
Succiduis illum promi venerantur, adorant.

Hæc ubi gesta fuere, æger nunc tollit in ægrum
Se femur, et quanquam vis alto vulnere tardat,
Accamen egreditur spinas cava tempora, at artus
Purpuream chlamydem circumdatus: hoc decus illi,
Hoc gestamen erat, porsis hoc I E S U s amictu
Prætori exhibat: plenissimus ille cruento
Pulvere, perq; pedes trajectus lora tumentes.
(Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
I E S U, qui floret Iudæ stipatus alumnis,
Cælestisq; orbi doctrina mystica pandit!)
Squalentem barbam, & concretos sanguine crines,
Vulneraq; illagerens, quæ proper crimina nostra
Ceperat. Ergo truces ulterò flens ipse Pilatus
Compellare viros, mostasq; expromere voces:
Ecce Homo. Quem postquam crudelis turba videbant
Pontificum famulūm, omnes sic foriter urgent:

Eja age crudelem vitam huic abrumpe, crucisq;
Invisum hoc deirude caput sub tartara ligno.

Ille velut pelagi rupes immota resistit.
Ut pelagi rupes magno veniente fragore,,
Quæ seſe, multis circumlatrantibus undis,
Mole tenet: scopuli nequidquā & spumea circum
Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga.

Hæc

Hæc q; ait: Accipite hunc vos ipſi & tradite lecho

Iudei: nulla hujus fraus: nihil iſte nec ausus,

Nec potuit: celum hoc & sydera conscientia testor.

Talia dicta dabat: respondent ilicet omnes:

Fixa est lex nobis, nulla illam jura refigent,

Ut, si quis fuerit Iovae ausus poscere honorem,

Hic crucis infamis crudeli more necetur:

Verum hic dogmatibus magnum rescindere Olympum

Aggressus superiusq; D E U M detrudere regnus.

Per Iudæ populos, medium Solymūm per urbem

Ivit ovans, verum Iovæq; poposcit honorem.

Illis sed Præses dictis exhorruit amens,

Prætoriq; icerum se ecclis sepst̄ eō bis ec;

Affatus C H R I S T U M : Quò C H R I S T E es sanguine

Dixit: sed tacuit I E S U S . Sic ergo Pilatus: (cretus?)

Nil I E S U contra ore refers? mihi nonns potestas

Te crucis affixum ligno suspendere; leibog;

Eripere? at I E S U illi sic farier infit:

Nulla tibi Præses me condemnare potestas,

Nulla, nisi jam cum sic nuru Patris eunt res.

Propterea qui me tibi captum tradidit, ipse

Ausus pejoris graviora piacula culpa.

Hausit ea Ausonius vincis pænisq; solutum

Insomrem dudum cupiens dimittere I E S U M .

Illi ac certatim circumstant ecclis a Pilati,

Cum vulgoq; iterant diras sine nomine voces:

Si vincis illum solves, cum Cæsare nunquam

Præses amicitiam junges, tu fæderis expers

Cæsarei vires, hunc ni dimiseris Orco.

Contrafata D E I per verso numine regem

H

Sc

Se fecit: quisquis Regis sibi nomina sumit,
(O jmmane nefas!) aspergit crimine nomen
Cesareum: indignus superā ergo licentius aurā
Vescier. Hic sermo Pilati ut venie ad aures,
Eduxit foribus I E S U M , super atq; tribunal
Excelsus sessum cepit, sic orare solvens:
Ecce ô Iudæi, Rex hic est vester. At illi
Conclamant, savitq; animis ignobile vulgus:
Hunc tolle ô Præses, crucis hunc suffigito ligno,
Hunc tolle, hunc perde, hunc sub crista sarcara mitte.
Pilatus contra. Vestrū suffigere regem
Mene cruci petitiss Conclamant illicet omnes.
Cæsarī imperio premimur, ditione tenemur
Iudæi nullā Regis, tandem ergo memento
Cæsareo conferre decus sceptro, atq; decentem
Lethi supplicio persolvere Præses honorem.
Sic illi: & simul his furiati iramq; minasq;
Austeris miscent dictis. Postquam ergo Pilatus,
Quem neq; tot testes sacra neq; perfida turbæ
Relligio domuit (sic ille immobilis ante)
Tandem Iudæūm magnis clamoribus actus
Infando immeritum morei crudeliter orsu
Destinat, ut tristes expendat funere pœnas,
Iam tandem incipit, & præcelsa ad sidera vultu
Sublato intrepidus commoto ita pectore fatu:

Esto mihi testis Sol, tuq; ô C H R I S T E , loquenti
Qui tantos insons potuisti ferre labores,
Et eu magne Pater Divūm, mare, sidera, tellus,
Atq; hominum qui facta Dij sub numine vestro
Torquatis, fontes, fluvij, quaq; etheris alti

Relli.

Relligio, & quæ cœruleo sunt numina ponte,
Visq; Deum, inferna, & duri sacraria Ditis,
Nulla dies unquam CHRISTO nec crimina ponet,
Quores cunq; cadent, nec me vis ulla loquentem
Arguit: ut scepterum hoc (baculum nam forte gerebat)
Nunquam fronde levi fundit virgulea, nec umbras,
Cum semel in silvis imo de stipite rerum
Matre earet, posuitq; comas & brachia ferro,
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, Pontioq; dedit gestare Pilato.
Sed quid? summa dies & ineluctabile tempus
Venit: frangimur (heit!) nimis ferimurq; procellis,
CHRISTE ergo indignam, licer insens, oppete mortem.
Hec ubi dicta dedit, fluviales postulat undas,
Sanguinis innocuas properans conspergere palmas.
Sicq; air: Ecce manus, quæ puræ hoc sanguine lymphis
Abluo, vos ignes & non violabile vestrum
Arrestor numen, pœnas haud numine dextro
Experiere, DEOS vocis venerabere seris
Iudæe. Hec fatus finem dedit ore loquendi.
Ecce autem hic omnes collunt ad sidera voces:
Quid Pilate tua? tu fusi sanguinis insens.
Quidquid inest culpe nostrum in Pilate redundat
Omne caput, nostros, nos, omnia nostra manebit
Suppliciumq; & triste nefas, cum sanguine nostri
Expendent pœnas, meritâq; hæc morte piabunt:
Sed tibi parta quies, omnisq; in limine portus.
Ergo latroni manicas arq; arcta levari
Vincla jubet Præses, IESUM non digna ferentem
Percussumq; flagris Iudæis tradit, ut ipsum

H 2

Insontem

Insontem quamvis creduli funere collane.
Hoc Anchon, hoc ipse Phoneus, omnisq; juventus
Læta facit, socijs se quisq; recentibus armat.
Asq; alij incubuere cruci, pariterq; laborem
Sortiti inter se, ferro sonat alta bipenni
Fraxinus, evertunt actas ad sydera moles.
Nec cuneis pinus & durum scindere robur,
Nec plaustris cessant agitare ingentibus ornos.
Diripiunt alij scapulis ostrum, orbus amictu
Regali propriâ tunica hinc inducitur areus.
Post extra Soly mæ portas genua ægra trahentem,
Iactantemq; utròq; caput, crassumq; cruorem
Rejectantem ore & miseros in sanguine dentes,
Ducunt, & rotis certant nigra agmina campis;
Urgentes cernas omnesq; ex urbe ruentes,
Castigantq; moras, opere omnis semita fervet.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exiit, oppositasq; evicit gurgite moles,
Fertar in arva furens cumulo, camposq; per omnes
Cū stabulis armenta trahit. Fert æger Iesus
Ipse crucem. Exierant portis campumq; tenebant,
Cum Cyrenæum Simonem nomine dictum,
(Illi Cyrene patria, at gratissima proles
Ruffus Alexanderq; duo, & rendebat ab agris
Obvius ingenti turbæ CHRISTOq; labanti.)
Offendere. Hebetescbat tardante senectâ
Huic sanguis gelidus, languenti in corpore virex
Frigebant, malis canebat sparsa senectus,
Et caligantes atas hebetarat ocellos.
Hunc grex lictorum rabido clamore vocatum

Impule.

Impulere, ut C H R I S T O feralis pondera ligni
Portanti socius succurreret. hic male suetus
Ponderibus tantis insueta trementibus ævo
Ponit ligna humeris. Ergo clamoribus adi
I E S U S & Simon pergunt, quorum hic erat ævo
Iam gravior (namq; huic seclis effeta senectus.
Tarda gelu, seræq; ad vasta hæc pondera vires)
At tardus multo Salvator vulnere I E S U S,
Et sese tardis vadentes passibus aquant.

Urbe aſſ educto I E S U campusq; recepto,
Corripiunt ſpatia & linquunt denfo agmine portæ
Carnificum turbæ (quos tota urbs inde ſecuta—)
Effusæ, nimbo ſimiles, ſimil ultima signant.
Primus abit longèq; ante omnia corpora Plectes
Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis.
Proximus huic, longo ſed proximus intervallo,
Staurotes pergit, ſpatio poſt deinde relicto,
Tertius Ocydromus ſequitur, quo deinde ſub ipſo
Ecce volat, calcemq; terū jam calce Dromæus.
Sic illi ex portis rapidi magnoq; feruntur
Impete, nec longis inter ſe paſſibus abſunt.

Mons erat extra urbem, Iudæis nomine dictus
Golgotha, & æternum retinet per ſecula nomen.
Feralis campus, quem collibus undiq; curvis
Cingebant ſylvæ, mediog; in monte iheātrum.
Hic exerceri pœnâ, hic lethale malorum
Pendere ſupplicium ſolita eſt olim agmine magno
Turba malignantum, aut infamis ab arbore ligni
Suspensi, aut diiā ſcelerata morte perempti.
(Eloquar an ſileam?) Hic laniatos corpoſe zoto

Pendere, hic laceros crudeliter ora videres,
Ora manusq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas in honesto vulnere nares,
Elisosq; oculos, & siccum sanguine gutteur,
Et sine crine caput, dirusaq; crura pedesq;
Dimidia excelsis suspensaq; corpora palis.
Terribiles visu formas. Quis talia fando
Portenta expediat? circum undiq; & undiq; terror,
Et grave fector olens. talis se se halitus atris
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat.
Corpora quid, passim que fusa in monte jacebant,
Quid rapta virum per montem viscera dicam?
Culmina quid referam, sparsis qua infecta cerebris?
Quid loquar infami rorantes sanguine vepres?
Omnia plena necis fœdoq; cadavere plena.
Innumeræ circum volucres per inane volantes
Tondentes infame genus, damnataq; pœnis
Corpora, rimantesq; epulis infamia membra.
Ætheraq; obscurant pennis, montemq; per auræ
Facta nube premunt: tantæ his ea ferculaturæ.
Ac velut in pratis, ubi apes æstate serenâ
Floribus insidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus:
Sic circum montem pennis iter agmina tendunt
Corporum, & magno stridore per aera lapsi
Sedibus optatis super atro funere sidunt.
Talis erat species illius montis, I E S U M
Nil ubi stat meritum crudeli collere morte.
Iamq; illi spatio extremo fessiq; sub ipsum
Adventare montem, latit quem plausibus implent.

Accin-

Accingunt omnes operi, cuneosq; rotarumq;
Instituunt lapsus, scelerataq; vincula **CHRISTO**
Incendenda citi expedient: pars urget alacris
Circum circa omnem summo decidere monte
Infusum populum, & campum jubet esse patentem.
Interea summus pomposa mole Sacerdos
Quadrifugo vehitur curru, dein cæteri & albis
In bigis, equitat juxta Centurio cristi
Terribili armatus galeâ, flamasq; vomente,
Fatiferq; ense, ac lorica ex ære rigente,
Sanguinea, ingenti qualis cum cœrulea nubes
Solis in ardescit radys, longèq; refulget,
Fert eum equus bicolor maculis, vestigia ejus
Alba pedis, frontem qui porrigit arduus albam,
Quadrupedante sono ejus quatit ungula campum.
Purpurei cristi juvenes auroq; coruscant
Flagrantes clypeis, claris fulgentibus armis,
Infratis ostro alipedis pictisq; capitis,
Quis sua pectoribus demissa monilia pendent
Aurea, qui fulvum mandunt sub dentibus aurum,
Circumequitant, denso circum ruit agmine vulgus,
Atq; peregrinae longo procul ordine gentes,
Quam varia linguis, habitu tam vestis & armis.
Hinc Parthum genus, & sumis non tarda pharetris
Gens Medorum, Elamitæ Arabes, gens accula Nili,
Cappadocum montana cohors, Pontiq; Asiæq;
Pamphyliæ & Libyæ & Phrygiæ telluris alumni,
Cres mendax & Arabs, vario mixta agmine turba
Confertim tendunt ad lurida culmina montis:
Pars pedes ire parat campis: pars arduis aleis

Pulv.

Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt.

Stant parvæ in muris percussæ pectora matres,

Fæmineumq; ciente clamorem, oculisq; seqvuntur

Pulveream nubem & fulgentes ære catervas.

Invalidiq; senes turres & tecta domorum

Ascendunt, procul ut legere ordine singula possint,

Certatimq; omnes singuleibus ora fatigant.

Ast urbs interior plausu latog; tumultu

Misetur, penitusq; cavae clamoribus ædes

Lætificis resonant, ferit aurea sydera clamor;

Ecce autem mater I E S U per tela per hostes

Evolat infelix, & fæmineo ululatu,

Scissa comam, portas armens atq; agmina cursu

Prima petit: non illa sui, non illa pericli

Armorumq; memor. Vulcum ut radentis & ora

Circumq; arma videt magnis exterrita monstris,

Dirigit visu in medio, calor ossa relinquit :

Labitur, & longo vix tandem tempore fatur,

Suspiciens cœlum, miseris quod questibus implet :

Hunc ego te I E S U aspicio! tune illa senectæ

Sera meæ requies? Tune hic me linquere solam

Sublatus? nec te sub tanta pericula missum

Affari extremum miseræ data copia maeri?

Hou terra immani canibus data præda cruentis,

Et voluerum gregi eriæ nec te tua funera mater

Producam ve premamve artus, aut illa lavabo

Vulnera? Sicne fugis, cur as quem credidi aniles

Solaturum è me mediâq; in morte relinquîs?

Quò sequar? aut quod nunc artus percusaq; membra.

Et funus lacerum lignum gerez? Hoc mihi de te

Nate

Nate refers? hæc sum terrāq; marij secuta?
Figite me, si qua est pietas, in me omnia rela.
Conycite ô populi, me primam absumite ferro.
Aut tu magne Pater Divūm miserere, tueq;
Ancillæ propera crudelēm abrumpere vitam.

Hæc ubi dicta dedit collabitur ocyus illa,
Concurrunt trepidæ comites junctimq; ruentem
Suspiciunt, dextrâ & sustentant unâ abeuntem.

At I E S U S mæstam matrem dum cernit & omnes
Fæmineos cætus largos effundere fletus,
Effundit q; oculis lacrymas, sicq; inquit: Amicæ,
Quid jurat hæc eristi turbas vulnere menis
Terq; quaterq; manu percussas pectora fletus
Ducere? non lacrymis hoc tempus: ne ergo propinquam
Incusate necem, diros ne flete dolores
O nata Solymis, potius vos atq; minores
(Accipite hæc animis vestrasq; adverteite mentes)
Vos jam ftere decet, vos (he!) peiora sequentur.
Ecce dies venient completo temporis orbi
Quis mæsta tali replebitis auram ululatu:

Prôter felicem, prôterq; quaterq; beatum
Ventrem, qui nullam prolem tulit orbis in oras!
O superingesto ruite in nos aggere monzes!
O miseris humiles præbere umbracula colles!
Nam si non viridi ligno succensa pepercit
Ira D E I, ô quanta marcebitis arida pest!
Sic ait, in verbo vestigia languida torquens.

Et comites C H R I S T O gemini illò ivre latrones,
Qui scelerum obfacies pœnâ urgerentur eadem.

Astiter incepsum peragit montiq; propinquat

I

I E S U S.

I E S U S . At ut sensit per venum ad limina montis
Feralesq; locos, flatusq; audivit equorum,
Ad ventumq; pedum, I E S U M hic insisterem montem
Tardè indignatur turba, & cum murmure montis
Circum claustra fremit rabie, intoleransq; morarum
More furit torrentis aquæ vel turbinis atri,
Itq; credetq; viam toties atq; aggerat iras.

Iamq; petit tandem feralis machina montem
Fœta situ, circum pueri innuptæ q; puella
Loca canunt, lethoq; oculos hoc pascere gaudent,
Atq; ut supremi montis fastigia anhelus
Adscensu superat muleis cum millibus Heros,
Excipiunt plausu lassum gaudentq; tuentes.
Pocla hic corrupti myrrha permixta Lyæi
Agri adhibent labris scienibus, ille sed haustum
Ore cenus renuit, confessim; in amabile vinum.
Et jam ponit onus, quod summo à vertice montis
Surget, hoc informe informibus undiq; nodis.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.

Illi incer se se multâ vi brachia tollunt,
Et crucis immanem molem volvuntq; ruuntq;
Molem compactis trabibus sudore paratam,
In medio montis cæloq; educere certant.
Qualis apes æstate novâ per florea rura,
Exercet sub sole labor; cum gentis adultos
Educunt foetus: aut cum liquefiantia mella,
Stipant & dulci distendunt nectare cellas;
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent:
Fervet opus, redolentq; thymi fragrantia mella.

Hæc

Hac montis dorso insisit colifissima visu,
Carnivorum dapibus sedes tranquilla volucrum.

At palmas alacris Salvator rendit inermes
Atq; pedes, ipsi cum conspiratio sevd
Carnificum cuneis palmasq; pedesq; cruentis
Effodit, & rigidâ terebratur cuspide corpus;
Perq; cutem lucenti extensi corporis ossa.
Tunc largus celso manat de stipite sanguis.

Sistitur hic medius latronum infamia I E S U S
Ligna insons inter, geminos fixere latrones
Paree ab uraq; simul, dextra hunc, illumq; sinistra
Infames furtis, scelerum fraudumq; potentes.
Exultit in medio I E S U M longè altius arbor,
Insignem veluti furtisq; dolisq; magistrum.

Sol jamq; Eoo properus pergebat ab ortu,
Et medius cali medium properabat ad orbem.

I E S U S at excelsum sublatus in æthera binos
Latrones inter medius, memor hostium ab altâ
Vociferans Patris trabe poscit numina: vincit
Namq; amor humane atq; immensa cupido salutis.

Abba Pater, ne tanta tuis compesciro pœnis
Crimina, ne ultrices in viscera vereito vires
Iudæum: infelix si cognita mente teneret
Turba hac, quid faceret, crudelibus excita monstribus
Vesanâ rabie tantum sine more furorem
Non fureret: Pater ergo illis hac crimina mitte.

At mortis causam ligno signare Pilatus
Apparat. Ergo cruci scelerosa hac nomina figit:
I E S U S Iudæum Rex Nazarenus. At illa-
Ue legere Sacerdoce, legere Senatus

Scribarum & Seniorum, olli obstu pueri silences,
Conversiq' oculos iner se atq' ora tenebant.
Ergo conveniunt supremo in vertice montis:
In sensi titulo CHRISTI, & sic ore frequentes
Orsa ferunt: O fama ingens! ô nomina Praeses
Magna nimis! quibus hunc ergo tu laudibus aquas
Cælo? regali non hic ditione tenebat
Iudæum, fines, verum hunc ambibae honorem.

Talibus exarsit dictis violentia Ponti,
Dat gemitum, rumpitq' bas imo pectore voces;
Nil moror: illa crucis ligno que nomina fixi,
Fixa manent. Scelerata cohors ut læta peregere
Illa ministeria, & CHRISTUS trabe fixus in alia,
Partiri vestes multo certamine tendunt.

Nunc locus est, ajunt, sortis, nunc tempus agi res,
Nec tanta mora fortuna; nunc eja secemus
Quatuor in partes impensi dona laboris,
Damnati vestes: meritis ut quisq' triumfer
Excusys. Tunicam excipiunt, qua cæciliis, illam
Non scindunt, dubia placet hanc submittere sorti.

Dixero: & subito convenit: quatuor ergo
In partes vestes scindunt, portantur ut una
Singuli, & in partes positas æqualiter una
Corripiunt. Tunicam, qua cæcta erat, unde patebas
Sutura nulli, nec ob hoc erat apta securi,
Sorti submittunt. Ille ad hujus munia ventum,
Spemq' metumq' inter dubius quisq' ordine magnis
Viribus (ecce) moverit sortes, oculusq' malignis
Spectat quisq' rogam, sibi quam proponit honorem,
Post ubi confectæ sortes, crucis e regione

Con:

Confidunt, cinguntq; illam plaudente coronâ,
Ac vario insultant pendenti fommate **CHRISTO.**

At matrem IESU haud potis est vis ulla tenere,
Sed venit in medios, hæret lacrymansq; gemensq;
Ipsa cruci, & voci via vix laxata dolore est.

Tandem ita: Tene mea IESU spes una senecte
Auferet atra dies & funere merger acerbo?
Non hanc dilectæ deder es spem nate parenti.
O spes fallaces! ô non audita IEHOVÆ
Vota precesq; meas. Tuq; ô sanctissime conjunx,
Felix morte tua, neq; in bunc servare dolorem.
Contra ego vivendo vici mea fata superstes,
Restarem ut genitrix; potius me vincla merentem
Ad lethum traherent Iudæi, animam ipsa dedissem,
Meq; obeuntem nec, fili, hac re turba riperet.
Quid vitam moror invisam te, nate, perempto?
Væ misera! post hac non vita gaudia quero,
Nec fas: sed cupio tecum hac excedere terra.

Huic sese addiderat comitem soror ægra MARIA,
Quæ conjunx Cleophæ, dein Maria Magdalena,
Multæ aliae matresq; piæ mitesq; puellæ,
Mœsta cohors: dira hæc mortis conterrata force
Flebat & infamem palum moritura tenebat,
Flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent ubi lilia multâ
Alba rosâ: tales turba hæc dabat ore colores.
At IESUM urit amor ligno ergo ita fatur ab alto:
Ne quoq; ne me lachrymâ, mæstissimâ mater,

Prosequere in duri certamina mortis cunctem.
Post hac & genitrix gnatum amplectore loannem,
Hic miseræ requies tibi erit, spes firma senecta
Hunc penes, inq illum post inclinata recumbet:
Qui re cung manent ullo in certamine casus,
Ec hunc illa manent. Post tali voce Ioannem
Alloquitur: Matris eius spes eris una senecta:
Tu requies miseræ, decus & solatia marris
Te pones, in te ejus spes inclinata recumbet.
Hanc quieunq usquam comitantur in orbe dolores,
Et te care manent. Has ut dedit ore loquelas,
Discipulus subito Mariam suscepit amicè.

Ac multi, præter qui carpunt tramite gressus
Quassantes capita incendunt clamoribus æthram,
Et super hæc: Vbi nunc est I E S U S acer, & illa
Cælica vis animi? vah, vah, quæcula culmina ponis
Delubri æqua solo, quæmq erigis illa, prius quam
Tertia lux gelidam cælo dimovet umbram.
Ipse age te serues, dios si sanguine crevis,
Eripe te lecho, fatalibus eripe pœnis.
Eia age descenda, huic finemq impone labori.
Eia age nate Deo, magno conamine mota
Fundamenta quate, & proceram à sedibus imis
Erùo crucem, si non JOVÆ mentita propago es.

Aegreus autem ferale in culmine monris
Turbaq Scribarum, Seniorumq agmina plaudunt,
Et votis potiti subiecta jam luce coruscant.
Qualis ubi in lucem coluber mala grama pastus,
Frigidâ sub terra tumidum quem bruma tegebat.
Nunc positis novus exuvij, nitidusq; juventa

Lubri-

Lubrica convoluta sublato pectore terga,
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.

Atq; omnes una torvis ludibria linguis
Effundunt, populum verbisq; affancur amariss;

Confuso ille fuit cunctis animisq; paratus,

Matres atq; viros, suavenesq; senesq; levavit,

Auxilio, afflictam gentem, miserabile vulgus:

Illum si agnoscit Divum patet aq; hominum Rex

Vnigenam sibi solom, calesti semine nata;

Cur nunc ille preces volucres dispergit in auras?

Inq; Notos vocem jam cur perire procellae?

Cur illi invitus fatis suspensus inquis

Feralis ligni celso de stipe pender?

Ec quæ jam nati crucifixi est cura parentiæ

Nunc age dirinam virutem animosq; viriles

Ostener, subest nec in infami arbore mortem,

Descendat letho, qui plurima corpora quondam

Eripuit, vires nec jam sibi derribat ipsi.

Sic manifesta fides hunc dio in numine ferri,

Talia perstabant fati, fixiq; manebant.

Scommatibus Procerum quando illusere cobortes

I E S U M hū, aq; animum magis & magis irritare,

Militia scelerata cohors asperissima aceti

Munera nunc adhibente sciereness arundine labris,

Et simul insultant addentes scommata primis:

Si Rex ludæum, is, fortis te his eripe fatū.

Inprimis alter latronum (erat arbore fixus

Ille sinistrorum) quamvis in moree tenetur

Iam media, tamen ille fui, tamen ille salutis

Immemor exultat, save jamq; altius ira

Affurgunt

Assurgunt, tandem hæc blasphemæ pectore fatur :
O miserande D E U S, majoraq viribus ause,
Nonne auferre vides rapidos tua gaudia ventos?
Quid tibi nunc dabit his pro laudibus? indole tanta.
Quid dignum dabit ille Deus, Deus ille Deorum?
Damnum (ohe nefas!) infandæ in morte relinques,
En te pœna manet, fatalis ab æthere pœna :
In cruce suffixus pendes, nec te optima mater
Condet humi, digno ve onerabit membra sepulchro?
Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum
Unda feret, piscesq; impasti vulnera lambent.
Nonne hanc agnovit mortem præsaga mali mens?
Quò nunc infelix illam solabere mortem?
Eia moram lethi instantis tempusq; caduco
Pone tibi, atq; potens te instantibus eripe fatim
Fallit te incatum Pieras tua : nam tibi Parca
Fila legent, quoniamq; aperie tibi nulla viam viis,
Occumbes pariter lucemq; hominesq; relinquens,
Et moriens mecum numeros e'xplebis Avernus.
Una salus miseris nullam sperare salutem.
Nos quibus est animusq; ferox patiensq; pericli,
Nec mortem horremus, nec Divum parcimus ulli.
Alter at illorum, quoniam instare ultima cernit,
Extremâ jam in morte parat resipiscere tandem.
Non fere ergo illum tanto feroce furentem;
Talibus at dictis incessit multa parantem
Dicere, dicta parans contra sicq; ora resolvens:
Desine, nonne vides, quod vitæ finis & evi
Hoc dabitur campo? jam jam moriture quid audes?
Quò moriture ruis? Non hoc, quicunq; es, inulto

Lusor

Lusor nec longum latabere: te quoq; faca
Prospectant paria, atq; in eadem morte teneris.

Ad quem subridens misera sic pergit in ira:
Tu morere; ac de me nigri dominator Averni
Viderit. Ille autem magnâ sic voce proferatur:
Hei mibi, peccato qui sum latatus inani,
Dixi tali et in seram commissa piacula mortem!
Per te, per, qui te produxit CHRISTE, parentem,
Vir divine, sine hanc animam, & miserere precantis.

Pluribus oranti IESUS: De pectore curam
Mitte hanc, salvis eris tecum, superemq; fruere
Colloquio, atq; iterum superas affabere turmas.

Hac vice sermonum rapidi vis ignea Solis
Iam ferme in cœlo medios accenderat astus.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustrat,
Conditur, involuuntq; orbem caligine cœca.
Horrentes tenebrae, nigrescunt omnia circum.
Et subito ex oculis hominum cœlumq; diesq;
Eripitur, terra obscure nox incubat atra:
Stellæ, quæ solitæ per noctis currere tempus,
In mediumq; diem veniunt, populosq; paventes
Desperare diem cogunt caligine tristi.

Post mediumq; diem iam ternis acta subibat
Alma dies horis, quando his clamoribus implet
Æthera Salvator:

HAL, HAL, ΛΑΜΑ ΣΑΒΑΧΘΑΝΙ;
hoc est,

Sancte Pater, divumq; hominumq; suprema potestas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sydera parent,
Et lingua volucrum, & præagi fulminus ignes,

K

Cernis

Cernis ut insultent hostes, cunctiq; ferantur
Per medios læci cætus, cumidig secundâ
Sorte ruant. Cur his patientem extrema periclis
Deserit; ô quem das horum Pater alme laborum
Finem? Ab excipiunt illa hostes dicta sinistre
Sic facit Eliam vocat. Ac cum nosset I E S U S
Omnia jam finem positem sortita, liquorem
Exigit, urebat raucas sis arida fauces.
Hic felle infecti permiscent pocula Bacchi,
Et siccis adhibent stienteis arundine labris.
Tum verbis persistant pendentem illudere amaris:
Anne hic ignivomo transvectus ad æthera curru,
Quem vivum regio supremi excepit Olympi,
Thesbites aderit? pendentis vincilaq; rumpet?
At I E S U S postquam mixtum gustarat acetum,
Nunc consummavi, quod vates numine pleni
Prædixere, ait, atq; oculis errantibus alto
In celo querit lucem, ingemit atq; reperta,
Tandem hæc prorumpens de corde novissima verba:
O pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Respic me, idemq; isto me corpore solve:
Egressamq; animam clemens patria accipe dextera.
Vix ea fatuserat, labuntur frigida letho
Lumina, purpureus color ora exsangvia linquit,
Inq; humerum dextrum cervix nece capta recumbit.
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Langvescit moriens, lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
Ecce autem subitò sacri velamina templi
In partes dissecta duas rumpuntur, & alto

Inte-

Interea interior misceri murmure tellus
Incipit, & tremere ingenti succussa fragore:
Petrarum & dicto citius compagine rupta
Diffusant moles, detecta apparuit ingens
Terra, atq; exsangnes penitus patuere cavernas
At vitâ trepidant immisso lumine fundi,
Multiq; illorum, quos presserat ante jacentes
Dulcis & alta quies, surgunt, tumulisq; relictis
Egressi Solymæ succedunt mænibus urbis.
Tum tremefacta DEI domus alta filescit Olympus,
Et stupefacta solo tellus, filet arduus æther,
Et Zephyri posuere, premit placida aquora pontus.

At cruce qui fixum servat Centurio IESUM
Illiis ut clamor morientis venit ad aures,
Vidit & excelsum in tenebris caligine cælum
Absconsim, ac ruptum manifesto numine velum.
Tum rupeas tanto traxisse fragore ruinam
Rupes, & tumulos ruptâ tellure patere,
Ocyus hic ipse atq; exercitus illius omnis
Acconitis hærent animis, medioq; stupescunt
In visu, atq; omnis subito calor ossa relinquit.

Sic tandem incipiunt: Vere justissimus unus
Hic fuit in terris, & servantissimus aqua.
Imò omnes populi, facta ut videre stupentes
Miracla hæc, pugnis percussi pectora ad urbem
Se referunt, memores tacitoq; ea corde revolvunt.

Annua at instabant PASCHAE solemnia, Phœbus
Præcipitem Oceani tingebat & æquore currum
Ignicomus, montes jamq; umbrabantur opaci,
Absconsis umbrâ tellure poloq; profundâ,

Corpora pendebant trabe fixa propinquaque letho,
At ne luce sacrâ pendentia corpora lignis
Turparent festi solemnis funere honorem,
Ecce adsunt Proceres Solymæ ex Primoribus urbis,
Pilatumque orant, ut lignis fixa refigat

Corpora, que injecto tumularent aggere terræ.
Carnificum subito glomerant se in monte cohorees,
Transverso geminis moribundaq; robore crura
Rumpunt, & miseros properant cum morte dolores.

Ut IESUM extinctum & placido sua lumina somno
Iam clausisse vident, in cassum lumine corpus
Non furor ulcerius prorumpit, Militum at unus
Transadigit costas & crates pectoris hasta,
Vulneraque erumpit misto cum sanguine lymphæ.
Devexo interea propior fit vesper Olympo.

Ecce hic vir prudens Arimathidos urbis alumnus,
Iosephus, quo non Iovæ metuentior unquam
Vrbefuit, nec Iustitiae servantior ullus,
Nec verâ Pietate, Fide nec simplice major,
(Iura dabat Solymis, non ille implerat iniquas
Affensi parzes, non ille accesserat autor
Consilij, non exitium pereuntis IESU
Iuverat auxilio, at pendebat ab auspice IESU
Clam reliquis, pius in Solymorum inglorius urbe.)
Approparet morus Pietatis, & Pontij ad aedes
Iam tendit, celeratque audax ad limina gressum,
Rectorem edorans populi, ut sibi corpus IESU
Concedat, tumuloque finat succedere terræ.
Nullum cum viro certamen & aethere cassos
Immerito quondam parcat culpaque vacanti.

Illum

Illum Pilatus non aspernanda precantem
Prosequitur venia, & verbis hec insuper addit:
Quānam me tantis fore una indigna quietum
Implicituit turbis, qui indignum morte peremī?
Funus me ex animo lethæ & sorte perempto
Oratis neq; equidem plura huic concedere vellem.
Æquius erexit non dignum morte fuisse.
Nunc ito, insonis corpus demittito I E S U.

Dixerat hæc: Ioseph Tyriæ modi sindone parta
Apparatus erecto defunctum tollere ligno.
Flaminis impulsu & Nicodemus (qui Pharisæo
Doctor erat gentis, qui ad I E S U M venerat olim,
Nox ubi erat, terraq; animalia fessa per omnes
Alicuum pœcudumq; genus sopor altus habebat,
Clam socijs, pavida mentem formidine pressus:
Namq; Sacerdotum furias iramq; timebat.)
Ad montem gressu properanti incedere gestit,
Et magno centum pondo myrrhaq; aloësq;
Mereatus prelio, secum fert tristia dona.
Ergo demissum sanie rabiō fluentis
Corpus uterq; foveat, concessu & latus honore.
Explori nequit, atq; oculos per singula volvis.
Miranturq; interq; manus & brachia versant
Horribile afflictum corpus, venerabile corpus.
Fit gemitus, tum membratoro defletare reponunt,
Sindoniasq; super vestes, velamina culta,
Congiunt: corpusq; lavant frigentis & ungunt,
Triste ministerium, veterum de more parentum.
Qualem virginco demessum pollice florem
Seu mollis violæ, seu langventis hyacinthi,

K 3

Cui

Cui neq; fulgor adhuc nec dum sua forma recessit,
Non jam mater alit tellus, viresq; ministrat.

Ecce erat ad Solymas horus lætissimus umbrâ
Gratas inter aquas, formosis floribus halans,
Discolor in medio, sylvis huic scena coruscis,
Et nemus obcentu viridanti frondis inumbrans,
Certarim turbæ circumq; supraq; sonantes,
Agminis aligeri mulcebant æthera cantu.
Hic tumulum memor accessur: finis Ioseph
Fecerat incisu rupis solidæ (haud erat antè
Quisquam illi impositus) mœstum illi corpus I E S U
Immittunt, & suprenum comitantur honorem.

Illum magnifico postquam posuere sepulchro,
Pro more exequijs defuncto rice solutis,
Saxo compositio tumuli, vestigia ad urbem
Torquent. At lugens mulierum turba sepulchri
E regione sedent, fixisq; obeutibus instant,
Ue quâ corpus humo I E S U condatur, & ejus
Qui tumulo exequijs justis reddantur honores,
Vestigent oculis: post quâ via dicit ad urbem
Corripiunt iter, & spirantia aromata magno
Ære parant, I E S U ut corpus sacro ungryne tingant.
Verum luce sacrâ, ut veeri stat lege, quiescunt.

Vix lux ora sequens spargebat lumine terras,
Vixq; rubescerat radj's mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea biga,
Vix sole infuso, vix rebus luce reiectis,
Cum nec dum posuere animi, fervorq; resedit
Omnis; at in rabido lustantur pectore motus:
Cum timor æxiegijs Pharisæosq; anxius urget,

N

Ne post hac quisquam crucifixi nomen adorer,
Aut ejus supplex aris imponat honorem.
Plurima flammato secum ergo corde volant,
Ut I E S U M tumuli vincis & carcere frarent.
Illi ante quies medium jam noctis abacta
Curriculum expulerat somnum: properatur ad aedes
Ponti, verba metu duplicant, propiusq; periclo
It timor, & major turbæ jam apparet imago.
Tandem turbat ira uincis clamoribus instant:

Præses (namq; tibi Majestas Cæsar is alta
Nos regere imperio dedit, & defendere scepiro)
Gens inimica Deo obscuris jam delites umbris,
Doctrinam in Solymam portans, noua dogmata falsi
Pectoris, hos furtim referent ne claustra sepulchri,
Huncq; impostorem rapiant præsaga futuri
Mens timet: Ergo agendum qui servent agmine tumbam;
Si que fors fuerit, custodum emitte cohores.

Dixere. At Præses custodi milite corpus
Imperat, & toto lecto ex agmine mittit.

Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
Prospiceres, eoro tenebrasq; insurgere campo.
Pars jaculum intorquens volucres emitit in auras,
Principium pugnae, atq; infert sese ardua campo.
Excipiunt specimen socij, fremituq; sequuntur.
Ut, cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.
Aut cum nubigenæ supremo à vertice montis
Descendunt Centauri Omolen Othrymqs; nivalem
Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens

Sylva,

Sylva locum, & magno cedunt virgulta fragore.
Ante alios oculis ductor vigilantibus edie,
(Pontius hunc Praes, si forte adversa vocarent,
Rectorem juvenum & dederat rerum esse magistrum)
Nuncq; hos, nunc illos adicis, omnemq; pererrat
Arte hortum, & circum varijs assulibus urget.
Fit via vi, magnofusim clamore per omnem
Condunt sese hortum, & circum undiq; & undiq; compleant
Tumbam, aciemq; struunt cristiq; armisq; corusci,
Vestigantq; oculis cumulum: studium omnibus unum,
Quà claudant ratione abitus, & quæ via clausum
Detineat cumulo egressurum & mole sepulchri.
Discurrunt variantq; vices, fusiq; per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras abenos;
Collucent ignes crebri: custodia noctem
Insomnem ludo ducit, cunctiq; sepulchro
Erupturum armis expectant forticer hostem.

FINIS.

Lux aegisis evanescit.

Iesu! Salvator!, summi Patris ardua proles,
Qui telluris habes Dominus jus unus, & omnes
Unus habes numeros, & toto numine supra es,
Iustitiâq; vales mundum frenare potentem,
En nos assurgens fluctu leibaeus Orion
In vada cæcarapit, penitusq; procacibus Austris
Perq; undas superante salo, perq; in via salax
Pellit, circum circa effusis imbris imbris atra
Tempestas sine more furit, tonitruq; tremiscunt

Ardua

Ardua terrarum: Clemens concede supernis
Nos adnare oris; si quæ tua cura labores
Respicit humanos: Da mortem evadsre nobis
Clemens, & tenues hominum res eripe letho.
Tu cœli reserat sedes, turegna recludis
Cœlica Salvator: tu es su maximus ille es,
Unus qui nobis moriendo restituit rem.
In freta dum fluvij current, dum montibus umbrae
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt,
Qui-nos-cumq; vocant casus. Mediator Iesu
Te veniente die, te decadente viciſſim
Oramus, prohibe infandos à cordibus ætius:
Paret tuo generi, & propius res adspice nostras;
Vulnera fac tua sint nostri medicina doloris:
Sternito tartarei crudeles murmuris suras,
Auras, quæ curis accuunt mortalia corda:
Et fac in tumulis ut molliter ossa quiescant,
Donec cœlesti hac decorabis tempora lauro.

Terpsichore Odee doxa.



L

ODE

ODE JAMBICA.
AD JESUM CHRISTUM.



REx Christe factor omnium,
Redemptor & credentium,
Placare votis supplicum,
Te laudibus colentium.

Cujus benigna gratia
Crucis per alma vulnera
Virtute solvit ardua
Primi parentis vincula.
Qui es creator siderum,
Tegmen subisti carneum,

Dignatus

Dignatus hanc vilissimam.
Pati doloris formulam.

Ligatus es, ut solveres
Mundi ruentis complices:
Per probra tergens crimina,
Quæ mundus auxit plurima.

Cruci Redemptor figeris,
Terram sed omnem concutis:
Traxis potentem spiritum,
Nigrescit atq; seculum.

Mox in paterna gloria
Victor resplendes culmine:
Tu spiritus munimine
Defende nos Rex optime.

Τὰ ΑΡΓΟΤ,

Quæ per operarum festinationem irrepere,
Candidus Lector sic toller.

B. lin. 6. terras. lin. 15. post tanta dele nēma. p. ead.
fac. 2. lin. 4. Mortalem è gelido eō. B. 4. lin. 16.

Succedunt, quis intrepidus sic fatur: Amici, &c.

Quāvis hic cæsura nos excusat. C. lin. ult. post adorē pone pun-
etū. p. ead. fac. 2. lin. penult. Salvator. C. 3. fac. 2. lin. 1. rel-
lus. D. 2. fac. 2. lin. 6. gente. D. 3. fac. 2. lin. 15. cuncta.
D. 4. lin. 13. Abnegat. p. ead. fac. 2. lin. 8. post Magi-
stri clande παρέγεισιν. E. 3. fac. 2. lin. 27. lethifera. F. fac.
2. lin. 10. post honore pro? pone! F. 2. fac. 2. lin. 27. citi.

L. 2

F. 3. fac.

F. 3 fac. 2. lin. 21. post ait pone κόμμα. F. 4. fac. 2. lin. 2.
Fessa jacent, odijs &c. G. lin. 17. dimovit. p. ead. fac. 2. lin. 15.
ora resolvit. G. 2. lin. 4. genitrix. G. 3. lin 26. Neverat. G.
4. lin. 20. viuere. H. lin. 13. sepsit, & his est &c. H. 2. lin. 13. op-
pere. p. ead. fac. 2. lin. 1. crudeli. H. 4. lin 7. dein. lin. 19. pecto-
ribus. lin. ult. arduis. H. 4. fac. 2. lin. 16. post videt pone
κόμμα. lin. 25. nec te, tua funera &c. I. lin. antepenult. illo.
p. ead. fac. 2. ille. I. 2. lin. 5. Carnificum. I. 3. fac. 2. lin. 2. Post-
bac. lin. 6. pro Et legendum est Ecce. Mendū hoc fatuum est
hypothetæ. lin. 10. quicunq; lin. penult. post tegebat pone κόμμα.
K. 4. lin. 12. Gens inimica &c. lin. 14. hos furtim. Ubi ἐναποθύ-
hanc nō temerè posuimus, sed ἐν τρεπέσσως, vide sis hæc Matth.
c. 28. v. 19. Πορευθέντες μαθητεύοντες πάντα τὰ ἔθνη, βασιλέων
(NB.) ἀντεῖς εἰς τὸ ὄνομα τῆς πατέρος καὶ τῆς ἡγεμονίας πεντεματεῖον, v.
20. οἰδατοντες ἀντεῖς τηγενῶν πάντα ὅντα ἐντλάμενη ὄμην.

NB. E 4. lin. 5. *Tartarei valles*. Imitati hīc su-
mus *Virgil. libr. 7. Aeneid.* qui sic habet:

Est locus Italæ in medio sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amsancti valles.

Ubi Servius in *Amsancti* interpretatur appellativè,
sic ut *Amsanctus* sit circum & undiq; sacer, sive ex o-
mini parte sanctus, in AM enim, inquit, apud veteres
in compositione circum significat. Sed quia
si rem accuratè examines, rectius in *Valles* in fœni-
nino genere reperitur, tum & in *Amsancti* proprium
est. Sunt enim *Amsancti* locus in medio Italæ)
ut sit Appositi, leges hīc nobiscum Tar-
tareæ valles, tu deūteg; hic nam̄ lwa,

• 8(1) •






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730520994/phys_0089](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730520994/phys_0089)





Considunt, cinguntq; illam plaudente corona,
Ac vario insultant pendente scommate C H R I

At matrem I E S U hand potis eſc; vis ul
Sed venit in medios, hæret lacrymansq; gemenſq;
Ipſa cruci, & voci via vix laxata dolore eſc;

Tandem ita: Tene mea I E S U ſpes unaſen
Auferet atra dies & funere merget acerbo?
Non hanc dilecta dederas ſpem nate parenti.
O ſpes fallaces! o non audit a I E H O V A E
Voca preceſq; meas. Tu, o sanctissime coniunx,
Felix morse tua, neq; in bunc ſervare dolorem.
Contra ego vivendo vici mea fati ſuperſtes,
Reſtarem ut genitrix; potius me vincula merens
Ad lethum traherent Iudæi, animam ipſa dediſ
Meq; obeuntem nec, fili, hæc re turba riferet.
Quid vitam moror inviſam te, nate, perempto
Væ miserae! poſt hac non vita gaudia quero,
Nec fas: ſed cupio tecum hac excedere terra.

Huic ſeſe addiderat comitem ſoror agra
Quæ coniunx Cleophæ, dein Maria Magda
Multa alia matresq; piæ mitesq; puellæ,
Mæſta cohors: dira hæc mortuus conterrita ſore
Flebat & infamem palum moritura tenebat,
Flagrantes perfuſa genas: cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum ſangvineo veluti violaverit ost
Si quis ebur, vel mixta rubent ubi lilia
Alba rosâ: tales turba hæc dabat ore
At I E S U M urit amor, ligno ergo ita fatur al
Ne quæſo, ne me lachrymis, mæſtiſima! m

1 3

